N. CLENARDI GRÆCÆ LINGVÆ INSTITVTIONES;

CVM SCHOLIIS ET PRAXI PETRI ANtesignani Rapistagnensis:

A FRID. SYLBVRGIO denuo recognitæ; Notationibusque HENR. STEHANI, Noua Syntaxi; ad hæc Declinationum, Coniugationum, & Verborum anomalorum tabulis synopticis: tum, præter Capitum seriem, duobus Indicib. locupletissimis, Græco scilicet verborum, & Latino rerum, ab eodem Sylburgio in tironum gratiam auctæ atque illustratæ.



LONDINI,
Excudebat Johannes Winlet, pro Henrico Denham & Iana Middleton vidua.



Summa priuilegij.

S. CÆSAREÆ *Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis Nicolai Clenardi Grammaticam Græcam cum Petri Antesignani Scholijs & Praxi a Friderico Sylburgio recognitam, notationibusq; ab eodem illustratam, & alijs accessionibus auctam, nec totam, nec partem eius, vel maiore vel minore forma, præter Andreæ Wecheli heredes, Claudium Marnium & Joannẽ Aubrium, aut eos quibus illi hoc iuris concesserint, in vllo S. Romani imperij loco per decem annos a primo editionis cuiusque die computandos, imprimat, alibivi impressam importet, aut clam palamve diuendat. Qui secus faxit, confiscatione librorum, alijsq; mulctis Cæsareo diplomate declaratis castigabitur. Datum hoc Cæsareæ Maiestatis priuilegium* XIIII *Julij, anno* MDLXXXVII, *& subscriptione hac confirmatum:*

Rudolfus.

Iacobus Curtius
a Senfrenau.

Ad mandatum S. Cæsareæ Maiestatis proprium.



ILLVSTRIS HESSORVM ACADEMIÆ MARBVRGENSIS RECTORI; EIVSdemque Doctoribus ac Magistris, *omnium facultatum professoribus*; viris amplissimis ac doctissimis, dominis atque amicis summo *studio sibi colendis.*

FRID. SYLBVRGIVS VETER. S.



SEPTIMVS hic annus est (viri amplissimi ac doctissimi) cum primum instinctu Andreæ Wecheli, viri de re litteraria præclarè meriti, maiorem Clenardi & Antesignani Grammaticã recensui, multisque locis interpolatam cum adnotationibus meis in publicum emisi. Ea opera Græcæ linguæ studiosis adeò fuit grata, vt memorabilis exemplarium numerus illo temporis spatio sit distractus. Cum verò magis in prouectiorum gratiam adornata esset ista editio, Wecheli heredes, vt sunt viri prudentes atque industrij, tironum quoque, ac potissimum tenuiorum, commodis inseruiendum esse putauerunt. Itaque aliorum exemplo minorem quoq; Clenardi & Antesignani Grammaticam, eam scilicet quæ omissis Meditationibus & Thematis inuestigandi ratione, Institutiones tantum Clenardi cum Antesignani Scholiis & Praxi continet, ex officina sua emittere sunt aggressi: præsertim cũ eam superioribus aliorum editionibus fœdè aliquoties corruptam esse didicissent. Vt ergo vbe-

riorem a studiosis gratiam inirent, sicut ante maiorem Grammaticam a me recensitam norant, ita & minorem a me nunc recenseri atq; interpolari voluerunt. Ego verò, etsi laborē illum tediosissimũ esse memineram, non potui tamen eum partim ipsorum, partim studiosorũ causa detrectare: quippe qui operam meam ipsis & reip. iampridem addixissem. Sepositis ergo paulisper aliis quæ tractanda susceperam, vt nouam editionem nouo aliquo condimento acceptiorem redderem, non tantũ paginarum & versuum indices notas, quarũ infinitus est numerus, ad hanc editionem adaptaui; sed etiã si quid a me in superiori editione præteritum animaduerterem, hac iteratione correxi. Interpretationes vocũ Græcarum diuerso a ceteris charactere, intellectus iuuandi caussa, expressi. Tum iis locis in quos aliquid a me adnotatũ esset, notationis signum * apposui. Ipsas etiam Adnotationes insigni accessione auctas in fine adiicere decreueram. Sed cum consideraremus, maiorem emptorum partem in libris comparandis non meliores, sed potius viliores editiones consectari, ne accessionum mole pretium intenderetur, Notationum libellum in præsens omittendũ esse duximus, & cum maiori tantum Grãmatica coniungendum; maxime quod is prouectiorũ gratia conscriptus esset. Ne tamen omni plane Notationum atq; accessionum comitatu hanc editionem priuaremus, saltem ea quæ a magistro meo Henrico Stephano in his duobus Grammaticis obiter notata sunt, ex eius Paralipomenis Grãmaticis hic addere libuit: quoniam & pauca sunt, & lectorem tum ad alios, tum ad hos Grammaticos cautius legendos instruunt. Si vero meas quoq; Notationes a tironib. expeti cognouero, non grauabimur & ipsas hac minori forma seorsum posthac edere. Præterea cum quidam non contenti Syntaxeos compendio a Clenardo sat belle conscripto, aliam Syntaxin e Georgij Fabricij tractatu, suppresso tamen

tamen eius nomine, addiderint, ne minutior esset nostra editio, ipse quoq; nouam Syntaxin cõscribere sum coactus. In qua etsi ab antecessoris methodo non multum discessi, pleraq; tamẽ distrinctius, luculentius, ac certius tradidi. Exempla verò non confinxi, sed e probatissimis quibusq; auctoribus desumpsi; & quidem magis e prosæ quam e ligatæ orationis scriptoribus: quippe quod Poetæ sæpius, partim metri necessitate coacti, partim sublimitatis affectatione inducti, a genuina loquendi norma in multis deflectant. Tum Declinationum & Coniugationum tabulam synopticã ita digessi, vt pro emptoris arbitrio vel in vno folio separatim explicari possit, vel in plures tabellas in calce operis appingi. Eidem etiam anomalorum verborum catalogum cum auctario aliquo in rudiorũ gratiam adieci. Præterea quoniam in hoc opere, præsertim verò in Antesignani Scholijs, ea est ἀταξία, vt sine Iudice liber paucis sit vsui, non contentus fui superiorum editionum Indice, vt in quo multa partim omissa essent, partim sinistre posita: sed nouam hac quoque in parte operam nauate volui. Immo duos pro vno Indices apposui, & quidem locupletes: alterum Græcum, verborum; alterum Latinum, rerum memorabiliorum. Denique nihil omittere studui quod ad iuuanda studiosorum commoda temporis & operis ratio postulare videretur. Hæc sunt, viri amplissimi ac doctissimi, quæ in hac editione præstiti: in superiore quam operam adhibuerim, declarat sequens ad lectores præfatio. Vestrum autem patrocinium cur operi adsciscendum existimauerim, non leues fuerunt caussæ. Primum enim, argumentum operis est scholasticum; ac scholis plerisque ita gratum, vt fere vbicunq; locorum auide, tum a discipulis, tum a præceptoribus expetatur. Deinde cum inter celeberrimas quasque Germaniæ nostræ Academias, vestræ ea sit præstantia, vt multis anteferri, ceteris

exæquari iure poſſit, de his laboribus meis rectiſſime iudicare poteritis, eoſdemque etiam contra obtrectatores, ſi opus ſit, mecum tueri. Adhæc cum patria ſchola, in qua ſub clariſſimis Heſſiæ noſtræ luminibus, Iuſto Vulteio & Ioanne Pincieto, prima rudimenta poſui, e veſtro corpore velut e μητροπόλεως deducta ſit colonia, iampridem vobis aliquod gratitudinis atq; obſeruantiæ documentum debui. Atque adeò, cum tantum mihi tribueritis, vt ante paucos annos, vacante apud vos Græcæ linguæ profeſſione, in eum me locũ ſufficere cogitaueritis, quem ante præclariſſimi viri, Ioannes Lonicerus, Bernardus Copius, & Hermannus Vulteius, ſumma cũ laude obtinuerant: omnino edendum fuit aliquod ſpecimen, quo & veſtra de me opinio, & meum erga vos ſtudium comprobaretur. Quamobrem vt nuper Ariſtotelem meum ſub illuſtriſſimorum Principum ac dominorum noſtrorũ patrocinio in publicum emiſi, ita nunc huius quadrimeſtris penſum ſcholaſticum ſub veſtra tutela in lucem edendum cenſui. Sed ne hoc quidem mihi diſſimulandum arbitror, ſi operam meam in tenui hoc argumento probatiſſimis iudicijs veſtris placere ſenſero, facilè me adduci poſſe, vt veſtro ſuffragio atq; ope ad maiorum laterum πραγματείας, rei litterariæ non inutiles, Heſſiacoq; nomine non indignas, pro mearum virium modulo me applicem. Quod reliquũ eſt, oro, viri ampliſſimi, vt hoc qualecunque mei erga vos ſtudij atq; obſeruantiæ teſtimonium æquis animis acceptetis; animumq; meum veſtri nominis & publicæ vtilitatis ſtudioſiſſimum, pro veſtra virili magis ac magis confirmetis. Simul Deum opt. max. precor, vt inter tot præclaras Academias, inſigne decus veſtrum per totum terrarum orbem ad Chriſtiani nominis gloriam & reipublicæ ſalutem longius ac latius diffundat. Francofurdi XII. Kal. Septembres, 1587.

FRID.

FRID. SYLBVRGIVS candido lectori S.



DE huius operis recensione quia procul dubio breuiter edoceri cupis, amice lector, paucis rem expediam. Correcta hîc sunt, præter typographicarum operarum vitia, nô pauca ipsorum auctorum errata, præsertim Antesignani. Eorum pars fuit in ipsis thematibus, pars in thematum interpretatione. Themata ipsa quã variè corrupta fuerint, in Notationum libello passim exponitur. Hic vero vt breuem quandam eius corruptionis synopsin habeas, eam ad certa quædam capita redigam. In quibusdam igitur vitia sunt orthographica, in quibusdam magis etymologica.

Orthographica sunt in litterarum aut prosodicorum apicum mendosa adiectione, detractione, transpositione, commutatione. Vitiosam additionem habet στυλῆσαι, pro συλῆσαι. sic ἀλλοιάω & δεικόω, pro ἀλοιάω & δικόω, vel potius δικαιόω. Item in medijs syllabis ἐσπόδει, κατεστράφθησαν, περιφρυῶσαι, pro ἐσπόδει, κατεστράφησαν, περιφυῶσαι. Syllaba vitiosa aucta sunt ἰχιαδεύς, λακοπατῆσαι, ἐγκατάναξον, ἐξωμιάσας pro χιαδεύς, λακπατῆσαι, ἐγκάναξον, ἐξωμίσας. Contra, detractionem vitiosam habet ὅσον pro πόσον: ἄλιθες & εἱρμοφύλαξ, pro ἄγλιθες & εἱργμοφύλαξ: ἅμα & ἀπολελαμέναι, pro ἅμμα & ἀπολελαμμέναι: συσώζω pro συσσώζω: κεντίζω, τέτιωε, χαραδόω, καταχοδέω, pro κεντρίζω, τέτρωε, χαραδρόω, καταχορδέω. itidemque συμπίγω pro συμπνίγω. similiter ὀδίσκω, ὑποκῶ, βιβλαστῶσθαι, pro οἰδίσκω, ὑπεικῶ, βιβλαιστῶσθαι. Syllabæ ademptione deformata sunt νεχθείς & ῥέχθεον, pro ἐνεχθείς & ὀρέχθεον. sic in medio ὕψος, ἀνεχθείς, συναβάς, ὑπερπαικώς, διαγωνῶντες, pro ὕψιος, ἀνενεχθείς, συναναβάς ὑπερπεπαικώς διαγωνιῶντες. itidemque περιασωπῆσαι & πα-

 ρεκβιβα-

παραβεβασμένος, pro περιαποιῆσαι & παραβεβιασμένος. Duabus syllabis mutilata sunt ἀοίδουσα & μεγαλοῤῥοσεῦντες, pro ἀοιδιάουσα & μεγαλοῤῥημονοῦντες. Transpositionem vitiosam habet Κάρφα pro Κάφρα, & quædam in sequentibus. Commutationem vitiosam habent ἀπαλαιώθη, ὑποπλεῖν, ἐπαλεῦντες, pro ἐπαλαιώθη, ἐπαπλεῖν, ἠπαλεῦντες: νοᾷ, pro κοᾷ. Sic in mediis syllabis, ἴωνος & ἀγκέχασι, pro ἤοιος & ἀγνόχασι, ὀλῆται, κυβηστεῖν, καθιγνίζω, συγκεφεδαίνω, ἀνατεχθείς, pro ὀλεῖται, κυβιστεῖν, καθαγνίζω, συγκεραδαίνω, ἀνεσχεθείς: καλεκείβων, pro καλαμινίβων: γεγαιρωμένος, pro γεγαυρωμένος: στβόω, pro σιμόω. Potissimum verò ea commutatio facta in affinibus literis: vt ἑρπίζω, pro ἑρπύζω: ἠλιγισμένος, pro ἐλυγισμένος; διςκίνητος, pro δυσκίνητος: περιῤῥίψαι, pro περιῤῥύψαι. sic ἠ τημένος, κικήσομαι, μηκανάασθαι, ἐγκεῖψαι, ἀμφίκαν, ἐγκατακήσετο, pro ἐθημένος, κιχήσομαι, μηχανάασθαι, ἐγχεῖψαι, ἀμφέχαν, ἐγκαταχήσατο: & διατύς, pro διαδύς. Item ἀναΐσσας & κατεύσωνται, pro ἀναΐξας & κατεύξωνται. Sic spiritus in quibusdam permutantur: vt sunt ἀπαξοί, ὠρέω, & similia, pro ἁπαξοί, ὡρέω. In quibusdam transponuntur aut transmutantur accentus: vt οἰκόνομος & βιαῖος, pro οἰκονόμος & βίαιος. In quibusdam duplicata menda: vt βένθος, ἀορτεῖς, ἀπαμφερημένοι, pro πίβεννος, ἀωτεῖς, ἀπαραιρημένοι. item ἀλοεύς & ἱμμάσαι, pro ἀλωεύς & ἑρμάσαι: ἀλιτεύω & ἰπόμαχος, pro ἀλιτεύω & ἀπόμαχος. In quibusdam triplicatus error, vt ἐννεός & συμίμενον, pro ἄνεος & συμμεμμένον. Hæc tamen orthographica & prosodica errata sunt talia, vt in etymologiam quoque peccent: quæ si probe fuisset considerata, facile illa vitari potuissent.

Sed quædam etymologiæ magis sunt propria. Vt enim de nominibus primum dicam, confusa est interdem qualitas: vt εἰλητύ, *conuolutio*; quum fit *volubilis*. Interdum genus: vt λαγών, πτύξ, πύξ, πτύξ, e fœmininis versa sunt in masculina: & contra μύρμηξ σανδίξ, ψυκτήρ, e masculino genere translata sunt in fœmininum. Similis generum depra-

uatio

uatio inuecta est nominibus in οι: vt prolixius docetur in Notat. ad 16.20. & supra 435.16. Interdum declinatio: vt ὄρχις, εος, pro ὄρχις, εως: ἀκμώδεντος, pro ἀκμῆτος. quibus addenda quidam censent αἰδὼς & σίβος, pro αἰδῶς & σίβας. Sic perittosyllaba αἰγίλωψ, κτέαρ, ἶρις, μάντις, εἰκώ, versa sunt in mendosa parisyllaba αἴγυλος, κτέατον, ἶρος, μάντης ν, εἰκὸς ῦ. itidemque ex ἀΐδης & Dorico ἀΐδας, corrupta sunt ἄΐδιος & ἀΐδιος. Duplicatus etiā hic error: vt ὁ ἀρίων, pro ὁ ἀρίων: τὸ χεῖμος, εος, pro ὁ χεῖμος ν: ἡ αὐχμή, pro ὁ αὐχμός. sic χρεῶν & χρεῶς, pro χρέως: ἀκροχορδῶν ὄνος, pro ἀκροχορδῶν ὄνος. In quibusdam deriuatio vitiata est: vt πεμπτὰς & ἑκτάς, velut ab ordinalibus: quum genuina sint a cardinalibus, πεντὰς & ἑξάς. Sic ἐλεγχολογία, μυθολογία, εὐχαριστία, & similia, deducuntur a nominib. adiectiuis in ος, cū potius a verbis circumflexis deriuanda videantur; sicut ἀτυχία, δυστυχία, εὐπραγία, δυσπραγία, & huius generis alia, sunt potius a verbis in εῖν, quā ab adiectiuis in ής. Eodem modo πρόλογος non tam compositum esse videtur, quam simpliciter a προλέγω deriuatū, vt ἐπίλογος, διάλογος, ἐπίλογος, κατάλογος, σύλλογος. Similiter ἱερινὸς, νεκρὸς, πλέσιος, & ipsa simplicem potius quam compositā habere videntur originem. Contractis quibusdam in οῦς, simplicia quæsita non necessaria; vt χρυσέος, ἀργυρέος, & similia; quum illa fiant e simplicibus in εος, sola accentus tralatione.

Verbis quoq; variæ sunt aspersæ labes. Nam in quibusdam genus cōmutatum est: vt sunt ἀσπάζω, αὐλίζω, & similia, pro ἀσπάζομαι & αὐλίζομαι. In quibusdam ad generis corruptelam, accedit & alius accidentis corruptio: vt ἀλεύαμαι, pro ἀλεύω. Sic περιπαρείς habetur pro aor. 2 actiuo, a fictitio them. περιπαρίημι: quū sit aor. 2 pass. a περιπείρω. In quibusdā confusa tempora; vt in ἔστησαν notatum, ad 359. 2. sic πεποίθεα statuerat præteritum perfectum Ionicum, quum sit plusquamperfectū. Huic confusioni occasionem interdum prębuit scriptura mendosa. sic enim mendose scripta αἰνίζονται & ἐρρίζονται, relata

relata ſunt ad præſens tempus: quum vera ἀνέωνται & ἐῤῥίζωνται, ſint præteriti perfecti. ὠρέφοντο tributum præterito imperfecto: quum verum ὠρέφοντο ſit pluſquam perfecti. contrà περιαπτερέσθαι & περιαδέσθαι in præteritis numerantur: quum vera περιαπτερεῖσθαι & περιάδεσθαι, ſint præſentis. Duplici mendo ὀπιποθανῶν præſens habetur; quum verum ἐπαποθανών ſeu ἐναποθανών, ſit aor. 2, ab ἐπαποθνήσκω & ἐναποθνήσκω. In quibuſdam confuſi numeri: vt quum αἴχαυνται, κέκρανται, λελάμπρυνται, & ſimilia, æque pluralis ac ſingularis eſſe numeri dicuntur. In quibuſdam flexio eſt vitioſa: vt in Ionicis iſtis ἐλελήθεας, ἤδεας, ὀδώδεας, οἰχώκεας: in quibus Analogia pro ας poſtulat εις: vt notatũ ad 180, 5. Quibuſdam dempta eſt reduplicatio: vt ſunt βῆμι, πλῆμι, & ſimilia: quum regularia & viſitata ſint βίβημι & πίπλημι. Contrà, quibuſdam vitioſe præmiſſum augmentum: vt ἐδνοπαλίζω ἐσκιμαλίζω, ἐφαιδρύνω quum dempto augmento vera themata ſint δνοπαλίζω, σκιμαλίζω, φαιδρύνω. ſic εἴπω & εἰλκόω, pro ἕπω & ἑλκόω: & προρεμνάομαι, pro προμνάομαι. Quædam aucta putantur, in quibus nullum eſt augmentum. ſic enim ἤμυκε & παρηγορέατο deducuntur a falſis them. ἐμύω & παρεγορέω: quum vera ſint ἠμύω & παρηγορέω. Characteriſticæ vero plurimis modis ſunt vitiatæ. In prima claſſe vitioſa ſunt θύπτω & ἀπολέπτω, pro θήπω & ἀπολέπω. duplici errore θύπτω & ἐξείρπτω, pro τύφω & ἐξέρπω. In eadem claſſe adulterinũ eſt διαμάψαι, a πτω, pro διαμάξαι a σσω: & ὀρόφομαι pro ὀρέφομαι. Monſtroſa & multiplici errore fœdata in eadẽ ſunt θυλλιάπτω, τρήπτω, βαρύοπτομαι, pro θυλλαίνω, τρυπάω, βαρυωπέω. In ſecunda vitioſam character. habent ἐρέχω pro ἔργω ſeu ῥέζω. ſic λήχω *deſino*, pro λήγω: & contra ψήγω, pro ψήχω. Suppoſititia in eadem ſunt πήγω, πλήγω, ῥήγω, pro πήσσω, πλήσσω, ῥήσσω. item κλήγω pro κλάζω: κλαίκω pro κλαίω: λάκω pro λακέω. In tertia ſuppoſititium eſt ἀποδόμενος, pro ἀποδυόμενος, a puro in ύω. In quarta corruptam characteriſticam habent οἰμώπτω pro

οἰμώζω:

οἰμώζω: & contra πήζω pro πήσσω. Duplici errore vitiatum ὀδίζω pro ὀδύσσω. Suppoſititia ſunt in eadem ὀδάσσω & σμύττω, pro ὀδάξω & σμύχω. Suppoſititia etiam ſunt κλάζω *frango*, ἐλάζω, σφράζω, χαλάζω, ἀχέζομαι, ἰδίζω, μιλιύζω, χείζω, ῥαίζω, μύζω *claudo*, πλύζω, ἀχλύζω. vera enim themata deſinunt in άω, έω, ίω, ύω. Suppoſititium etiam ςύζω, & πράττω *vendo*, pro ςυγέω & περάω ſeu πιπράσκω. Duplici mendo infecta ſunt ὀνειμίζω & κατευορκίζω, pro ὀνειμέω & κατευορκέω. ſic ἐλκίζω pro ἐλκύω: & ἐῤῥίζομαι pro ῥιζόομαι. Triplici vitio deprauata ἀκέζω & δειλοκομπάζω, pro ἀκέομαι & δειλοκομπέω. In quinta ſuppoſititium eſt ὄμνω pro ὀμνύω ſiue ὀμόω. Sic προσεικεκαλμένος, a προσεικάλλω: quum verum ſit προσεικασμένος, a προσεικάμπτω. Duplici errore γώνω pro γεγωνέω. Monſtroſum hic κωπήλαντες, velut a κωπάλλω pro κωπηλατοῦντες aut κωπηλατήσαντες, a κωπηλατέω. In ſexta non minus fœcunda eſt vitioſorum thematum ſeges; vt νέω *nuo*, pro νεύω: ἀλλοχεόουσι, pro ἀλλοχοοῦσι, ab ἀλλοχοέω ῶ. Sic in prima contractorũ ſpecie ſuppoſititia ſunt μνέω pro μνάω, ὀνέομαι pro ὀνάομαι. quibus ſimilia notata ad 377, 9: 395, 21: 396, 15, 18. In eadem ſuppoſititia ſunt ἀνδρέομαι, λφέομαι οἰνέομαι: quum vera ſint tertiæ ſpeciei, in όομαι. ſic μισέω, διογκέω, ἐναπλέω, pro μισόω, διογκόω, ἐναπλόω. Duplici mendo corrupta ſunt καταλοχέω & μετοικωνέομαι, pro καταλοχίζω & μετοικωνίζομαι. Item μέομαι & ἐμέομαι pro μήδομαι. In ſecunda ſuppoſititium eſt πηρώμενος, pro πηρόμενος aut πεπηρωμένος, a πηρόω: θοάω, pro θοάζω: ἀπολάω, pro ἀπολαμβάνω. itidemque inuſitata iſta ῥάω & γλυάομαι: quum analogia poſtulet ῥέω & γλυόομαι. In tertia ſpecie ſuppoſititia ſunt ζωογονόω, κομπολακόω, τερόω, pro veris thematibus in έω. item χονδρειόω, pro χονδρειάω: ἐνόω, pro ἐνόθω. Atque ita modò pura pro impuris, & impura pro puris; modò barytona pro circumflexis, & circumflexa pro barytonis; modò barytona pro barytonis ſubſtituta; miſeræq; claſſes nunc ſua ſobole orbatæ, nunc aliena oneratæ. In thematum etiam fictione,

nimia

nimia vſurpata libertas: vt ἴλθω, τύχω, & huiuſmodi; de quibus ad 322, 54: & ſupra 440, 19. Sic ἀγορέω, ὀρκέω, φανίζω, & ſimilia, conficta ſunt e compoſitis κατηγορέω, πολιορκέω, ἀφανίζω. Huic thematum fictioni occaſionem quandoq; dedit ſcriptura vitioſa. Sic enim mendoſe ſcriptis ἀνηνήκατος & διαπλήσαντες conficta ſunt themata ἀνενίνημι & διέπληνημι: quũ vera ſint ἀνενείκατος & διαπλύσαντες, ab ἀναφέρω & διαπλέω. ſic mendoſum ἀναδαθεῖσα, deductum ab ἀναδαίω: quum verum ſit ἀναδοθεῖσα, ab ἀναδίδωμι. ſic item coniuncte ſcriptum ὑπαιθαλιάζων, anſam ei præbuit comminiſcendi thematis αἰθαλιάζομαι: qunm prior eius compoſitionis pars ſit ὕπαιθα poſterior λιάζομαι. Etiam in ſpecie ac figura verborum commiſſa ſunt errata: vt dum διασταφέω deducitur e διασταφής, quod non extat; quum ſit compoſitum e διὰ & σταφέω. ſic ἐνόθω. ξεσμάω, ξυλιάζω. ſimplicia finguntur themata; quum vera ſint compoſita, ἐνόθω, ἐκσμάω, & ἐξηλιάζω. Contrà compoſitum fingitur πλατυάσδισαι, quũ ſimplex ſit πλατυ ἀσδισαι, vel potius πλατίασδισαι. item ἐννίω & ἐνανίω, pro ſimplici νωίω. quibus addendum videtur ἐκσκιασμένον, pro ἐσκιασμένον, a σκιάζω. In quibuſdam compoſitis ambigua ſunt errata; vt ἐωσφρείσαντο, ἐφηδιηγήσασθαι, ἐξαποινήσας, ἐσκιατροφήμενοι, & huiuſmodi; de quibus ſuo loco dictum eſt. Quædam etiam hic commentitia ſunt; vt θυμαίρω, μεσοπάλλω, μεσοπηγνύω, πολύπλημι. Quædam vitioſe coniuncta: vt αἰὲλποτᾶται, ἀλαπιπάπλω, μιγνύσας, σφιτεθλῶαι, κεκορυστήμενος, pro αἰὲλ ποτᾶται, ἄλατι πάπλω, μι γνύσας, σφι τεθλῶαι, κε κορυστήμενος. ſic in εὐαγγέλλω, εὐκρίνω, εὐκτίζω, εὐπάσχω, εὐστέλλω, & ſimilibus, εὖ a ſequentibus eſt ſeparandum. In quibuſdam ad vitioſam coniunctionem accedunt alia etiam menda: vt ἀβερδύλη & χαλκοκνημυμένος, pro ἀβερ, δύλη, & χαλκὸς κεκαυμένος. ſic κληροθεσμοθετοῦσι, pro κλήρῳ θεσμοθετοῦσι. item ὀμύκης & οἰνοσπλεύσαντες, pro ὁ μύκης & οἱ νεσπλεύσαντες. In ἀγχιχῶν, εὐπεριπαθῶν, pro ἄγχι χαὶν & εὖ περιπαθῶν, præter vitioſam coniunctio-

iunctionem accentuſq; corruptionem, confunditur etiam tempus. Eſt & aliud vitioſæ coniunctionis genus, ſyllabarum videlicet; vt in κτερεΐξαι a κτερεΐζω, pro κτερεΐξαι, a κτερεΐζω. In quibuſdam miræ contractiones & conciſiones ſunt adhibitæ: vt ſunt δῆ, δῆσι, ἐνοῦσα, ἐμπεφῦια, pro δὴν, δήεσι, ἐνοῦσα, ἐμπεφυῦια. Similis ſtatuitur ſyncope in ἀπαλλέιτης & ἐξαπήρῶθαι. Miræ etiam eliſiones, in κεκαθεῖσα, ἐπικεράθλω, κατήσχωνται, τέτλων, pro κεκρανθεῖσα, ἐπικεράνθλω, κατήισχυνται, τέτρλων. Et contra miri pleonaſmi atque epentheſes: vt ἐκνείκαι pro ἐνείκαι. ſic θηεραθτίς, θυμιαθτίς, μαστιγωθτίς, τεωθτίς, χυθτίς, vitioſam habent epentheſin τοῦ σ ante θ. In quibuſdam craſis vitioſe ſtatuitur pro ſyncope, vt adnotatum ad 402, 4.

In participiis numerantur ἀσυμβαίς, πορφυρανθείς, χροαιθείς, a fictitiis verbis ἀσυμβαίνω, πορφυραίνω, χροαίνω: quum ea verius ſint nomina, ἀσύμβατος, πορφυρανθής, χροαιθής. Sic πλαγγών eſt nomen ſubſtantiuum, non participium.

Aduerbia quoque deprauationem euitare non potuerunt: nominatim οὐρανόθεν & ἐκτάκις, pro οὐρανόθεν & ἐξάκις. De aliis adnot. ad 282. 5.

Præpoſitiones quoq; in compoſitis quibuſdam commutatæ: vt ἐκκατοικεῖ & ἐκτυχών, pro ἐγκατοικεῖ & ἐντυχών. ἐπάμμεπτο, pro ἀπάμμεπτο: περιδέομαι & περιδοκοῦμαι, pro προσδέομαι & προσδοκοῦμαι: & cōtra προσδῃκνυῶναι, pro περιδῃκνυῶναι. ſic ὑπαραιρημένος, velut ab ὑπεραιρέω, pro ὑπαραιρημένος ab Ionico ὑπαιρέω. Itā pag. 247, num. 4, in Heſiodeorum Ergωn limine pro Δία *Iouem*, legerat διὰ *per*; vt ſuperiorum editionum verſio indicat, *Adeſte, narrate per veſtrum patrem.*

In coniunctionibus quoque ſuſpectam eſſe τάρ, monui ad 227, 14.

Quinetiam in articulis & pronominibus peccatum fuiſſe, cum alibi ſparſim in Notationib. docetur, tum ad ὅ 115, 31: ad ὅσον 133, 46: ἔθεν 227, 2.

Vides ergo quàm multa & varia in hoc opere cōmiſſa ſint errata, non ab operis typographicis,

ſed

ſed ab ipſis auctoribus, præſertim ab Anteſignano. Eorum pars a me ſublata eſt in recognitione; pars in Notis meis indicata. nec enim omnia cōmode in contextu poterant emendari; in quo, ne paginarum & verſuū numeri turbarentur, tantus litterarum numerus erat reponendus, quantus fuerat ſublatus. & ſi omnibus locis qui correctione videntur indigere, adhibita fuiſſet interpolatio, eadem de hoc opere poſſet exoriri controuerſia, quæ apud iuriſconſultos agitatur de naui, quæ tota per partes eſt refecta, manente eadem carina, an eadem eſſe nauis dicenda ſit. Potiſſimum vero in correctionis licentia temperandum mihi duxi, poſtquā audiui quoſdam calumniari meam operam, quaſi mea pro alienis obtruderem. Vt igitur horū morſus, & aliorum ſuſpitiones euitarem, pleraq; textus errata (ijs exceptis quæ a typographicis operis erant profecta) intacta prætermiſi, ac quæ in tranſcurſu craſſiora fœdioraque videbantur, in notis recenſui. Non dubito tamen quin alia quā multa ſint a me in hoc animaduerſionis curſu præterita, quæ accuratiore cenſura poſſint vel ab aliis vel a me ipſo alio tempore erui. Duo ſanè talia ſunt a me deprehenſa poſtquā primæ recenſioni finem impoſui. Primum eſt pag. 181. v. 21. ibi enim Anteſignanus ἀνήνηται ſcribit eſſe præt. perf. paſſ. indicatiui modi, anomalως formatum, velut ab ἀναινόμαι: quum verius ſit aor. 1 med. ſubiunctiui modi, Attico more ab ἀναίνομαι deflexum, (53, 26.) vt cognoſcere licet non modo e cognatis ἀνήνατο, ἀνήνασθαι: ſed etiam ex Heſychio, qui hoc ipſum ἀνήνηται exponit ἀπαρνήσηται, *abnuerit*. Alterum eſt 359, 38. ibi enim πολύτλας perittoſyllabe flectit per αντος, quum in Conſtitut. Apoſtol. iſoſyllabe legamus τὸν πολυτλάνιον.

Ad interpretationem vero thematum quod attinet, ſcito eam multis in locis a me eſſe mutatā, in Clenardo pariter & Anteſignano; præſertim vbi manifeſtus eſſet error: vt p. 31, v. 6, in ſuperioribus

rioribus editionibus κίνυψ est *musca canina*: ego in hac ex historicis Cinyphem Africæ fluuium restitui. & κνὶψ siue σκνὶψ, quod errori ansam præbuit, non canina est musca, quam κυνόμυια Græci nominant; sed culex, arborarij pici rostrum habens, eoque dulces sucos vndiq; exsugens: παρὰ τὸ σκνίπτειν, τὸ νύσσειν. ac diuersa insecta esse, tum aliunde cognosci potest, tum ex Psalmo 104. ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Sic 137. 11, ὁ θύμος & τὸ θύμον in super. edit. est *animus*: in hac, *thymus seu thymum*. Similiter περισσεύω in illis est *sententiam muta*: in hac, *supersis, vel abundantior efficere*: κεκολοβωμένος in illis est *munitus*: in hac, *mutilatus*: κολοβὸς enim est *mutilus*. σαρούμενος in illis est *fluctibus tactatus*: in hac, *scopis mundatus*. λαγγαζόμενος (quod in Florentia Hesychij editione per o micron scribitur, ab incontracto λαγγάνομαι) illic est *militans*: hic, *constrictus*. διακείμενος illic *beneuolus*: hic *dispositus, affectus*. ἐρένοντο illic *impetu ferebantur*: hic, *interrogabant*, Hesychio. παραθέντες illic *omittentes*: hic, *apponentes*. παρέντες illic *dimissi, qui præsto fuerunt*: hic, *omittentes, remittentes, admittentes*. προσήλθοντο illic *simul venerunt*: hic *ante fuerunt*. περιγενέσθαι illic *obtendere, deprimere*: hic *superesse, superare*, ἐπιγινόμενος illic *qui præteriit*: hic, *qui accessit*. ἐπίεζεν illic *inscripsit, notauit*: hic *inferbuit, increuit*, ἐκόμησε illic *affectauit*: hic *comam aluit, comatus fuit*. κατεπόντωσαν illic *fabricauerunt*: hic, *demerserunt in pontum seu mare*. περιχαράκωσον illic *arripe*: hic, *vallo cinge*, a χάραξ *vallum*. ἐξέπλευσα illic *amisi*: hic, *enauigaui*. προσέφυσας illic *amplexus es*: hic, *progenerasti, vel ante genuisti*. ἐπέρυσε illic *euulsit*: hic, *attraxit*. παραχθεῖσαι illic *perturbantes*: hic, *productæ, deductæ, seductæ*. συναραχθεὶς illic *laceratus*: hic, *collisus*. κατηρτισμένα illic *condita*: hic, *absoluta*. κατησφαλισμένοι illic *compediti*: hic, *communiti, constabiliti*. καθελκυσθεὶς illic *vulneratus*: hic *detractus*. μεμολυσμένος illic *refrigeratus, induratus, lapideus*: hic, *pollutus, contaminatus, inquinatus*.

Quorum

Quorum nonnullis (vt hoc etiam obiter moneã) occasionem prębuit assimilis vocũ sonus. dũ enim σαρούμενος interpr. est *fluctibus iactatus*, decepit illũ σαλευόμενος. sic in παρεθέντες *omittentes*, decepit illum παρέντες. in παρόντες *qui præsto fuerũt*, decepit eum παρόντες: in ἐπέζεισεν *inscripsit*, decepit eum ἐπέξεσεν, ab ἐπιξέω *insculpo*. in περιέφυσας *amplexus es*, reflexit ad περιέφυσε. nã περιφυῶναι est *amplecti, adhærescere, & velut adnatũ esse*. (quo modo etiã in προσπεφυκὼς *affixus*, fefellit eum προπεφυκώς, quum προπεφυκὼς sit *ante natus*) in ταραχθεῖσαι *perturbantes*, vel potius *perturbatæ*, decepit eum ταραχθεῖσαι a ταράσσω. in κατηρτισμένα *condita*, decepit eum κατηρτυσμένα a καταρτυώ, seu κατηρτυμένα a καταρτύω. hæc enim proprie significant *condire*. in συσπαραχθεὶς *laceratus*, fefellit eum συνταραχθείς. in καθελκωθεὶς *vulneratus*, decepit eum καθηλκωθεὶς *exulceratus*, eodemq; modo dum λαγχανόμενος exposuit *militans*, decepit illum Hesychianus codex, in quo perperam στρατευόμενος scriptum est pro στραγγευόμενος. Alicubi vero etiam contrariatum præpositionum significationes fuerant commutatæ. Sic enim συνέστηκε in illis editionibus est *distat*, quum significet contrarium, *constat*. & ἐξενεγκὼν, illic, *qui intulit*: quum contra sit *qui extulit*. Dum vero ἀπέθηλε verterant *amisit*, omiserant accusatiuum *florem*. nam ἀποθάλλειν est *virorem seu florem amittere, deflorere*. In quibusdam locis pro interpretationibus minus propriis reposui magis proprias: vt quum in τριχῶσαι pro *sepelire* posui *pilosum reddere*. hæc enim significatio & propria magis est, & magis visitata: velut in Hippiatr. τοῦτο πρὸς τῷ θεραπεῦσαι καὶ τριχώσει, *hoc præter sanitatem restituet etiam pilos*. Sepeliendi tamen significationem huic verbo tribuit etiam Hesychius; respiciens fortasse ad veterem illum funerandi consuetudinem, quam Homerus indicat Il. ψ, in sepultura Patrocli, θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον κειρόμενοι, *pilis totum defunctum conuestiebant, quos iniïciebant e capitibus detonsos*. vel pro τριχῶσαι legendũ est

est παρχῶσαι. Veruntamen non omnibus in locis adhibitam a me limam noueris. Sæpe enim suspectas interpretationes prætermisi intactas; quòd existimarem fieri potuisse vt in eo loco quem Antesignanus (aut vulgatorum Lexicorum consarcinatores, quorum vestigiis insistere solet Antesignanus) obuiam habuit, vocabulum quod affert, talem habuerit significationem, vel saltem habere visum sit. Nonnusquam veriori expositioni substituendæ non satis fuit spatij. ne enim versuum & paginarum initia crebrius mutarentur, tantus fere literarum numerus erat restituendus, quantus fuerat sublatus. Sæpe data opera non suspecta modò, sed etiam aperte mendosa præterij, præsertim in posterioribus tractatibus: idque eam ob caussam, quod audiuissem quosdam hanc operã meam calumniari, mea me pro alienis obtrudere dictitantes. Satis igitur fore iudicaui, si omissa interim exquisitiore interpretatione, lectorem hac de re præmonerem. Memineris ergo lector, accuratum interpretationis genus non vbique obseruatum fuisse. Vt enim a simplicibus exordiar, proprietas significationum non semper est expressa. Talia ergo sunt στρεφόμενος *supinus*, *securus*: quum στρεφόμενος proprie sit *qui vertitur*, & στρέφεσθαι interdum significet contrarium, *se torquere & huc illuc versare*; vt apud Aristoph. Nub. τί δυσκολαίνεις, καὶ στρέφει τὴν νύχθ' ὅλην; *quid ægre fers, teque totam noctem huc illuc versas?* στρέφει Attice pro στρέφῃ, 61, 36. Sic φθονηθεὶς non est simpliciter *fraudatus*, sed *per inuidiam frustratus*. nam φθονεῖσθαι dicitur is cui inuidetur. Et σταφιδωθεὶς non est simpliciter *passus*, sed *solem passus*, *in sole tostus*, vt αἱ σταφίδες. In compositis hoc frequentissimum est. Sic enim ὡμολόγησαν interpretatur *dedicionem fecerunt*; quum verius sit *consenserunt*, vel saltem *composuerunt*, *fœdus & pactum inierunt cum*. Talia sunt ἀποκεκμηκότες: *securi*, *otiosi*, *negligentes*: quum verius sit *ignauiter fugientes*; interdum etiam *præ malis deficientes*, *malis victi*.

ἀπαρύσαντες *deliberantes*: quum verius ſit *haurientes de*: ἀφύσαι enim ſignificat *haurire*. ἐξοστεϊσμένος *luxatus*; quum verius ſit *exoſſatus*. παρεκλήθη *miſertus eſt*, quum verius ſit *exoratus eſt*. παρεξοίσω *abrogabo*; & παρεξενηνεγμένος, *abrogatus*: quum παρεισφέρειν νόμον verius ſit *legem cum lege componere, legem legi contrariam ferre, legem legi obrogare*. προαπελθὼν, *vltro ſe tradens*; & προδιελθὼν *qui præteriјt*: quum verius ſignificent *qui prior abijt*. & *qui prior tranſiit*. ἐπισυρρέοντες *retrogradientes*: quum verius ſignificet *confluentes aduerſum*; vt apud Heſychium ἐπισύστητε *coite aduerſum*. ἐπιστραφλῶσαι *adnaſci, rediuiuum fieri*: verius ſit *conuerti* vel *conuerſum eſſe*. ἐπιθεὶς *proſecutus*: quũ verius ſit *qui impoſuit*. & περιφλοιζόμενος *tunicis conuolutus*, ab alijs redditur *circumcirca delibratus*,
2 *libro ſeu cortice circumcirca nudatus*. Sæpe præpoſitionum ſignificationibus permutatis, diuerſum verbis ſenſum tribuit; interdum etiam contrarium. Sic παρασπονδημένος interpr. *per fidem violatus, fiducia fœderis violatus*: quum verius ſit *contra pactum & fœdus violatus*. συνεληλυγμένος *ingreſſus*: quũ verius ſit *congreſſus*, συνελθὼν, etiam Suidæ. ἐξοδιασθεὶς *ab eunte illatus*: quum verius ſit *expenſus*, παραθῆται *eijciat*: quum verius ſit *apponat: adijciat*. ἀπέδοτο *redemit*: quum verius ſit *vendidit*. Sæpenume-
3 ro præpoſitionis interpretationem negligit. Sic enim προέκαμε interpr. *laborauit*; quum ſit *ante laborauit*. προσαπώλεσαν *amiſerunt*; quum verius ſit *inſuper amiſerunt, perdiderunt præter ea quæ iam ante amiſerant*. προεγκεῖσθαι *incumbere*: quum ſit *prius incumbere*, vel *iam ante impoſitum eſſe, iam ante inſitum eſſe* προϋπάρχειν Heſychio. ἐπέκλωσε *fuſum voluit*, quũ ſit potius *in fatalis ſtaminis deductione attribuit vel*
4 *impoſuit*. Frequenter propriam ſignificationem minus proprijs poſtponit: vt ἐφείπετο *aſſenſus eſt, inſecutus eſt*: κατήρξατο *increpauit, caſtigauit, incepit*. περιέστη *ceſſit, euenit, circumſtitit*: ἀναστάντες *caſtra mo-*
5 *uentes, eiecti, ſurgentes*. Sæpe non contentus ſignificationibus proprijs, magnam minus propriarum turbam

turbam ſubijcit: vt quum κατειλημμένος exponit non modo *comprehenſus, interceptus*; ſed etiam *adactus, impreſſus, conſtitutus, veſtitus*. Interdum in minus 6
propriarum turba proprias omittit. ſic enim καταστὰς interpr. *regreſſus, perculſus, qui appulit, ſtans, cõmoratus, veniens*: & μεταστὰς *digreſſus, qui demigrauit, defunctus, ſemotus, tranſlatus, rebellis*: quum proprie καταστὰς ſignificet *conſtans*, vel paſſiue *conſtitutus*. & μεταστὰς *qui ſtationem mutauit*, vel paſſiue *tranſlatus e ſua ſtatione, ſtationem mutare coactus*. Ad 7
hæc verbis eiuſdem originis ſignificationes tribuit & diuerſas & minus proprias: vt ἐγκεκοισυρωμένος interpretatur *nimis accurate ornatus*: at εἰσκεκοισυρωμένος *arrogans, mollis*: quum ἐγκοισυροῦσθαι & εἰσκοισυροῦσθαι ſignificent idem, nimirum *Cæſyræ moribus imbui, Cæſyram imitari luxu*. Interdum gene- 8
ra verborum confundit. Modo enim actiua paſſiue interpretatur: vt περιέφθασαν. *circumuenti ſunt*; quum verius ſit *circumuenerunt*: συγκεχωρηκὸς *conceſſum*; quum potius ſit *quod conceſſit*: ἀντειληφὼς *contractus*; quum verius ſit *qui deprehendit ſeu comprehendit*: προδοὺς *proditus*, & προδόντες *proditi*; quum verius ſignificet *qui prodidit*, & *qui prodiderunt*. quibus adde ἀναστρεψάμενος *victus*: nam & ipſum verius actiue ſignificat eum qui retulit, vel neutraliter eum qui ad ſe redijt. Modo paſſiua vertit actiue: 9
vt ἐσεβάσθησαν *coluerunt*; quum potius ſignificet *culti ſunt*: ἠπιστήθην *diffidi*; quum potius ſit, *non eſt mihi creditum, derogata mihi fides eſt*: περαιούσθω *finem faciat*; quum verius ſit *finitus eſto, terminatus eſto*. Simili- 10
ter actiuis neutram interdum ſignificationem tribuit: vt quum ἀνέρρωσε interpretatur *conualuit*, quod verus eſt *priſtinæ valetudini reſtituit*; velut apud Suidam, ὁ Θεὸς ἀνέρρωσεν αὐτόν. ſic παλήσειε vertit *perijſſet*: at Heſych. διαφθείρῃς *corruperit*: & ἀνῶσαι interpret. *reuerti, referri*: quum verius ſit *ſurſum trudere, ſubuertere, repellere*. itidemque διώσας *emeritus, rude donatus*; quum verius ſignificet eum qui diſiecit, traiecit vel reiecit. Et viceuerſa neutris tri- 11

buit significationem actiuam. Sic enim βαρυσταθμῆσαι vertit *pondus seu grauitatem addere:* quum potius sit *esse graui pondere.* Potissimum autem hoc facit in verbo ἵστημι, simplici pariter & composito. quum enim id in præsenti, præterito imperfecto, futuro primo, & aoristo primo, significationem habeat actiuam; in reliquis vero temporibus, præterito perfecto, plusquamperfecto, & aoristo secundo, neutram, interdum etiam passiuam: discrimen istud non obseruat. sic igitur ἀνέστησαν in aoristo secundo interpretatur *expulerunt*; & ἐξέστησαν *alienarunt, ad stuporem vsque perculerunt:* quum actiuam istam significationem habeant in aoristo primo, in secundo neutraliter significent *surrexerunt, obstupuerunt:* cuius rei exempla quædam exhibebunt tibi notæ ad pagin. 359. ver. 1. sic προεξανέστη interpretatur *præoccupauit* l quum verius sit *prior exsurrexit.* sic etiam παρέστησαν in eodem aoristo sec. vertit non solum *astiterum & in deditionem venerunt,* sed etiam *statuerunt:* quum in hac posteriore signif. sit temporis aorist. 1. & ἀναστὰς non modo *surgens,* sed etiam *traducens*; quum in posteriore signif. potius vsurpetur ἀναστήσας, vel præsenti temp. ἀνιστάς. & διαστάντες *retrocedendo aditum facientes*; quũ verius sit *distantes, digressi.* Non nego tamen actiua esse quæ genere mutata, vel absolute aut elliptice posita, transcant in neutra. sic enim ἐξειλῆσαι quum proprie significet *euoluere,* (simplex enim εἰλεῖν est *uoluere*) ab Alexandrinis tamen (etymologo teste) vsurpatur pro ἐκφυγεῖν *effugere, seu elabi, euadere, se euoluere.* itidemque ἐπιθῆται significant neu modo *imposuerit,* sed etiam *inuaserit, incubuerit:* Antesignanus interpretatur etiam *incidat.* E contra inuenies neutra in significatione pariter & structura actiua; ac præsertim aorist. 1. sic enim Psalmo 137, & 142 inuenies ζήσεις με, *viuificabis me*; a ζάω *viuo.* & apud Horodot. ἄνδρας ἐπ' αὐτοῖς ἔβησε, *viros illis imposuit*; a βαίνω seu βίβημι *gradior scando.* itidemq; apud Dioscor. & ceteros medicos passim

σύζεσον

ζεῖσον & decompoſ. συναναζεῖσον *conferuefacito, fac vt ſimul ferueant ſeu bulliant.* Imo neutra paſſiuorum quoq; & ſignificationem induunt & ſtructuram, potiſſimum aoriſt. 2. Sic enim Thucyd. dicit ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες, *a Liguribus eiecti ſuis ſedibus.* Sic etiam Plutarch. μετέστησαν εἰς δουλείαν, *traducti (vel redacti) ſunt in ſeruitutem.* Itidemqne κατέστη & καθέστηκε ſignificant *conſtitutum eſt*, & καταστὰς atq; καθεστηκὼς ſiue καθεστὼς *conſtitutus.* Dixit etiam Syneſius, (vt aliornm quoq; verborum aliqua ſubiungam exempla) ἑαλώκειν τοῦ πάθους, *captus eram hoc affectu.* & Lucian. ἁλοὺς ἔρωτι, *captus amore.* eodemque modo apud eundem Luc. Proteſilaus ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος, *interfectus eſt ab Hectore.* quod imitatus Ouidius dixit. *Occidit a forti (ſic dij voluiſtis) Achille.* 12
Præterea tempora quoque non raro inter ſe commutat. Sic enim ἡνῶσθαι vertit *vniri*, quum verius ſit *vnitum eſſe vel fuiſſe:* & διαλελύσθαι *decidere. tranſigere:* quum potius ſit *diremiſſe, decidiße, tranſegiſſe;* interdum etiam paſſiue *diſſolutum eße.* Potiſſimum vero hoc facit in participijs, neceſſitate tamen magis quam voluntate; quod Latinæ linguæ minor ſit horum copia quàm Græcæ. Sic enim (vt ex innumeris vnum citem) ἀφέμενος exp. *derelinquens*; quum verius ſit *qui dimiſit:* & contra πεσσόμενος *coctus*, quum verius ſignificet *qui coquitur.* 13
Denique vt ſupra oſtendi eum in expoſitione ſæpenumero deceptum fuiſſe ſimili vocum ſono, ita hic quoque idem illi accidiſſe monendus es. Dum enim τινόμενος interpretatur *percuſſus*, reſpexit ad θεινόμενος: θείνειν enim, *percutere eſt*, at τίνειν *luere ſoluere.* Sic in συνίθετο *intellexit, audiuit,* decepit eum συνέθετο: quia συνέθετο proprie eſt *compoſuit.* in μωμήσασθαι *emulari,* decepit eum μιμήσασθαι: quũ μωμήσασθαι ſit *vituperare, momico dente premere.* in προσεκλήθη *adhæſit,* fefellit eum προσεκολλήθη, a προσκολλάω *agglutino:* quum προσεκλήθη ſit *aduocatus eſt.* in μεταστώμενος *inſequens, inſectans*, reflexit ad μετασπόμενος 155, 16: quum μετασπᾶσθαι, ſicubi legitur, ſit *alio trahi, tra-*

 hendo

hendo aliorsum traduci. in νίαται *habitant*, respexit ad
ναίονται: quum illud νίαται verius significet *structi*
41 *sunt*, & ναίονται etiam passiue *habitantur*. Sic dece-
perunt eum Græcorum lexicographorum exposi-
tiones male vel lectæ vel intellectæ. pro ἐκτυφω-
θλῶσαι, quo Hesychius exponit ἐκτυφλῶσαι legit ἐκτυ-
φλωθλῶσαι ideoque interpretatur *lædi oculis*, *& tantũ*
non obcæcari: quum verius significet *fastu elatum esse*,
vel *in fumum euanuisse*. & dum ἀναλῆσαι vertit *nutri-*
re, legit apud Hesych. ἀναθρέψαι pro ἀνατρέψαι, quod
est *subuertere*. dum ἀνῶσαι interp. *reuerti*, Hesychia-
num ἀναστρέψαι accepit neutraliter; quum verius
actiue significet *subuertere* vel *repellere*. e contra dũ
συνέσκληκε vertit *impegit*. Hesychianum συμπέπηγε
intellexit actiue; quum verius sit medium præte-
ritum (169,43.) significans *concreuit*, *coaluit*, *&*
quidem firma duritie, vt diuelli nequeat: quemadmo-
dum ἀπέσκληκε & κατέσκληκε neutraliter significant
51 *exaruit*, *contabuit*. Decepit eum etiã originum am-
biguitas. dum enim ψυχοῤῥαγοῦντες interpret. *frigore*
pereuntes, vel potius *frigore dissilientes*, retulit ad ψύ-
χος *frigus*: significat tamen potius eos quibus ani-
ma velut abrumpitur, *animam agentes*, a ψυχὴ *anima*.
dum φυσιώμενος (vel potius φυσιούμενος, a them. in
όω) exp. *in naturam versus*, deriuatum putauit a φύ-
σις *natura:* est tamen verius a φύσα *flatus* aut *follis*, &
significat *inflatus*, *turgens*, vt Hesych. quoque φυσι-
ούμεθα interpretatur *extollimur*, *efferimur*, *fastu turge-*
scimus: & φυσίωσις, *inflatio*, *animi elatio*. Simili erro-
re duorum thematum, sonos assimiles habentium,
significationes discrepantes vni tribuit: vt dum
ἐνέπαιξεν interpr. non modo *illusit*, verum etiam *per-*
61 *cussit*. percutiendi enim significatio non conuenit
verbo παίζω, sed παίω, σω. in διέδεξε *indicauit*, *accepit*,
posterior interpretatio respicit verbum διαδέχεσθαι,
cuius simplex δέχεσθαι est *capere*. itidemque in τεφ-
θήσεαι *coqueris*, *occideris*, posterior expositio respicit
τεφήσεαι. Sic pag. 236. num. 44. *nota* quidem & *sig-*
num dicitur σύμβολον: at *collatio quod in commune con-*
fertur

fertur, eſt συμβολή. Itaque veriorem interpretationis viam inuenies, ſi primùm originem & reliqua vocabulorum accidentia inſpicies, deinde mentē auctoris penitius conſiderabis. Accidentia e Grāmaticis præceptis nota ſunt: origines vero & ſignificationum diſtincti gradus e lexicis peti poſſunt, Græcis pariter & Græcolatinis: in quo poſteriori genere primas ſibi vendicat Theſaurus Henrici Stephani, ſecundas Ioannis Scapulæ breuiarium.

In Clenardi quoq; textu interpretamenta Græcarum vocum, non a Clenardo ipſo, ſed ab alio quopiam adiecta videntur: quippe quæ in prioribus Clenardi editionibus non legantur. quamobrem illorum etiam nonnulla hic a me ſunt immutata. Exempli cauſſa, pagina 231, ver. 1. ἰατέον τὴν νόσον, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, interpres verterat, *medendum eſt morbo, ei qui negligit cauſſam*: quum ſenſus ſit, *medendum eſt morbo, neglecta morbi cauſa*. Sic pagina præcedente, verſu 27, ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, verterat *commiſſam habeo hanc curam*; quū verius ſit, *committitur mihi hæc cura*. Huiuſmodi & aliæ forſan occurrent interpretationes: quas tuo iudicio a me relictas ſcito.

Hæc porro non eo a me dicuntur, vt Clenardo & Anteſignano ſua laus adimatur, ſed eo tantum, vt primum ſciatur quid a me in hac recognitione ſit præſtitum; deinde vt lectores huius operis cōmoneantur, qua cautione eo ſit verſandum, ne vel a themate, vel a ſignificationis veritate aberretur. Qua in re ſi quid a me delictū eſt, aut præteritum, (neque enim vnus omnia in tanta varietate perſpicere potui) æquos arbitros oro vt imbecillitati meæ ignoſcant, ac vel ipſi meas vices ſuppleant, vel me de ſupplendo defectu moneant. Interea hæc in medium collata ſunto. Deus optimus maximus ad maiora deinceps & vtiliora vires & adiumenta ſuppeditet.

NICOLAVS CLENARDVS FRANCISCO HOVERIO, LVDI literarij moderatori apud Mechlinienses, S.



CVM ante annos aliquot discipulis meis, quos priuatim docendos susceperã, Græcas literas tradere vellem, congessi in eam linguam breues admodum institutiones, vt rudimentorum candidatis instar enchiridij forent. Id opusculum anno superiore prelo committere studui; partim vt auditorib. nostris expeditior via sterneretur, partim vt desiderio tuo satisfacerem, cui necessitudinis nomine plurimum deberem. Verùm nec commoditas in præsentia dabatur typographi, & otium alioqui deerat, quantum lambendus ille partus requireret. Itaque his proximis diebus, temporis partem nactus, & Rescio nostro benignè operas præbente, libellum ad limam reuocaui, iustoque auctario locupletatum reddidi. Meritò autem tibi dicandum duxi, vt hoc veluti testimonio, Mechliniensium iuuentuti gratularer, quæ tam diligentem sortita præceptorem, non ipsa modò in Græcis literis strenuè promouet, sed exteros quoq; plurimos studiorum fama in ludum tuum pellicit: adeò vt non triuiali scholæ, sed celeberrimæ cuipiam Academiæ præesse videaris; industria paratis ædibus, quæ numero nostrorum Gymnasiorum sint æmulæ. Faxit Deus, vt iste auspicatissimus cursus magis ac magis indies prosperetur; & quemadmodum Latinos discipulos optimè eruditos, ita iam incipias Græcanica literatura præditos è nouis istis Athenis ad nos dimittere. Vale. Louanij, decimoseptimo Calendas Aprilis, Anno MDXXX.

PETRVS ANTESIGNANVS PETRO LABADENSI,

τῷ φιλοφιλτάτῳ εὖ πράττειν. amico amicissima

HABES à nobis, mi Labadensis munus forsitan leuidense & paruum, sed tamen non indignum iudicio humanitatis & beneuolentiæ tuæ. Neq; verò, licet (vt inquit Fabius) operum fastigia spectentur, lateant autem fundamenta, minùs qui in illis fideliter iaciendis occupati sunt, videntur esse perhibendi, quàm qui in alio genere se exercuerunt. Nam, vt tute ipse optimus es testis, in omnibus artibus pertractendis ferè natura affert, vt in principijs maiores quàm in fine difficultates appareant. vnde euenit, vt qui minùs feliciter & auspicatò ad aliquam disciplinam accesserit, neq; in ijs quæ natura antecedunt, impensè fuerit versatus, sæpissimè à calce ad carceres necessitate reuocetur. Quæ non à nobis dicuntur, quò ad laborem nostrum maior cõmendationis tuæ fiat accessio: (scio enim quantum pro incredibili illa suauitate tua nobis semper tribuas) sed vt Græcarũ literarum studio flagrantes incitatione quadam in hanc partem magnitudine vtilitatis impellamus, operamq; nostram aliqua illorum gratia & erga nos voluntate solemur. Tibi verò homini & doctissimo, & mihi etiam amantissimo, multò confidentiùs nostra permittimus, quàm Lucilium poëtam sua Persio narrent concessisse: neq; enim ij sumus, vt nostra illis offeramus, qui id in quo offenderimus, reprehendere, aut quod aptè & loco dixerimus (si modo id à nobis præstitum est) laudare nequeant: sed limatulum & politulum iudicium tuum libentes expectamus. cui si probamus nostra, verendum non est ne non, tanquam aliquo securus caduceo, inter hostium tela libellus iste versari possit. Vale. Lugduni quarto Idus Aprilis, Anno M D LIIII.

Diony-

Dionysius Halicarnaseus in lib. De Demosthenis in dicendo vi admiranda.

Βουλοίμην δ' ἂν κἀνταῦθα ἐνθυμηθῆναι τοὺς ἔτι δυσπίστως ἔχοντας πρὸς τὰ εἰρημένα, ὅτι μειράκιον μὲν ἔτι ὄντα καὶ νέως τι τοῦ μαθήματος ἁπτόμενον αὐτὸν οὐκ ἄλογον ἦν καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα πάντα διὰ πολλῆς ἐπιμελείας τε καὶ φροντίδος ἔχειν· ἐπεὶ δ' ἡ χρόνιος ἄσκησις ἕξιν αὐτῷ ἐνεποίησε πολλήν, καὶ τύπους ἰσχυροὺς ἐνειργάσατο τῶν ἀεὶ μελετωμένων, τότε ἀπὸ τοῦ ῥᾴστου τε καὶ τῆς ἕξεως αὐτὸ ποιεῖν. οἷόν τι γίνεται καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας, καὶ οὐχ ἥκιστα περὶ τὴν καλουμένην γραμματικήν. ἱκανὴ γὰρ αὕτη καὶ τὰς ἄλλας τεκμηριῶσαι, φανερωτάτη πασῶν οὖσα καὶ θαυμασιωτάτη. ταύτην γὰρ ὅταν ἐκμάθωμεν, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα τῶν στοιχείων τῆς φωνῆς ἀναλαμβάνομεν, ἃ καλεῖται γράμματα. ἔπειτα τύπους τε αὐτῶν, καὶ δυνάμεις· ὅταν δὲ ταῦτα μάθωμεν, τότε τὰς συλλαβὰς αὐτῶν, καὶ τὰ περὶ ταύτας πάθη· κρατήσαντες δὲ τούτων, τὰ τοῦ λόγου μόρια· ὀνόματα λέγω, καὶ ῥήματα, καὶ συνδέσμους· καὶ τὰ συμβεβηκότα τούτοις, συστολάς, ἐκτάσεις· ὀξύτητας, βαρύτητας· γένη, πτώσεις, ἀριθμούς, ἐγκλίσεις, τὰ ἄλλα παραπλήσια τούτοις μυρία ὀνόματα. ὅταν δὲ τὴν τούτων ἁπάντων ἐπιστήμην περιλάβωμεν, τότε ἀρχόμεθα γράφειν τε καὶ ἀναγινώσκειν, κατὰ συλλαβὴν μὲν καὶ βραδέως τὸ πρῶτον, ἅτε νεαρᾶς οὔσης ἔτι τῆς ἕξεως· προβαίνοντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τὸν νοῦν ἰσχυρὸν τῇ ψυχῇ περιτιθέντος ἐκ τῆς συνεχοῦς μελέτης, τότε ἀπταίστως τε καὶ κατὰ πολλὴν εὐπέτειαν· καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ἐπιδῷ τις βιβλίον, οὐδὲν ἐκείνων ἔτι τῶν πολλῶν θεωρημάτων ἀναπολοῦντες, ἅμα νοήσει διερχόμεθα. τοιοῦτον δή τι καὶ περὶ ταύτην ὑποληπτέον γενέσθαι τὴν τέχνην.

ALXAN-

animadvertere — tolerantia — caracteribus validis — habitus — coniectare propere — hic pro ostendere — elementa — potiti — partes — cognitione — legere — accedente — assiduo — certe

ALEXANDRI HEGII, MAGNI ILLIVS D. ERASMI Roterodami quondam præceptoris de vtilitate Græcæ linguæ ὁμοιοτέλευτα.

Qvisquis Grammaticam vis discere, discito Græcé.
Vt rectè scribas, non prauè, discito Græcé.
Si Græcè nescis, corrumpis nomina rerum.
Si Græcè nescis, malè scribis nomina rerum.
Si Græcè nescis, malè profers nomina rerum.
Lingua Pelasga vetat vitiosos scribere versus
Lectio quem Plinij delectat, discito Græcé.
Si libros sacros vis discere discito Græcé.
Hieronimum vt teneas, vigilans tu discito Græcé.
Ne versus scribas vitiosos, discito Græcé.
Argumentari quisquis vis, discito Græcé.
Quisquis Rhetoricen vis discere, discito Græcé.
Scire Mathematicam quisquis vis, discito Græcé.
Artibus es medicis qui captus, discito Græcè.
Morbis nã cunctis sunt indita nomina Græca
Argolicum nomen cunctis liquet esse figuris.
Artes ingenuæ Graico sermone loquuntur.
Non alio, quibus haud nomen dat lingua Latina.
Ad summã, doctis debentur singula Græcis.

ΙΩΑΝ-

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΓΑΡΔΕΓΙΟΥ·
εἰς Πέτρον τὸν Πρόμαχον ἐπίγραμμα.

Μή σε μόνον πρόμαχον ῥηξήνορα φήσειεν αὖ τις.
Εἶ γὰρ ὁμοῦ πάντων ἡγεμόνος τ᾽ ἀγαθός.

EIVSDEM ALIVD.

Ceßauit medio Cecrops garrire Lyceo,
Nec potuit solita Porticus ire via.
Nunc debellatis tibi Gallia prodit Athenis,
Et redeunt vno tot monumenta libro.
Vicimus, & patrys hostem confecimus armis,
Sic vt opes iterum sentiat ille suas.

P. ANTESIGNANVS Lectori S.

Monendus es, lector candide, in Clenardi *Institutionibus pleraq; subobscura inueniri: quæ tamen iis sunt facillima, qui fideli memoria quæ iisdē de rebus alibi dicta sunt, retinent.* Nos *verò vt rudiorum nondum satis confirmatam memoriam aliquo modo reficeremus, plerumq; ad loci vnius faciliorem intelligentiam, alium atque alium adducimus, in quo citando, paginæ, ac versus seu lineæ vocabulis, ne lectori tædium ob frequentiā parerent, ferè semper omissis, vel potius suppressis, solis arithmeticis notis vtimur. prior itaq; numerus paginam, alter paginæ versum designat.*



GRÆCORVM LITERÆ.

figura.	Nomen.		potestas.
Α α	ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	βῆτα	Vita	v
Γ γ Γ	γάμμα	Gamma	
Δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε ε	ἐψιλὸν	Epsilon	e
Ζ ζ ζ	ζῆτα	Zita	z
Η η	ἦτα	Ita	i
Θ θ ϑ	θῆτα	Thita	th
Ι ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	κάππα	Cappa	k c
Λ λ	λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	μῦ	My	m
Ν ν	νῦ	Ny	n
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x
Ο ο	ο μικρὸν	O micron	o paruum
Π ϖ π	πῖ	Pi	p
Ρ ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ Ϲ σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ τ ˥	ταῦ	Tau	t
Υ υ	υ ψιλὸν	Y psilon	y
Φ φ	φῖ	Phi	ph
Χ χ	χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	ψῖ	Psi	pſ
Ω ω	ω μέγα	O mega	o magnum.

Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu

DE

DE LITERIS ET EARVM DIVISIONE.

SCHOLIA.

QVATVOR huius paginæ columnarum prima ad læuam, continet elementorum figuras, primo quidem loco maiusculas, quibus vti solent in titulis siue inscriptionibus librorum, inq; periodorum, versuum, & propriorum nominum initijs. Deinde sequuntur minusculæ, quibus vbique vtuntur, etiam vbi maiusculæ locum habent, nisi in principijs orationum: ν tamen & ς in fine tantùm ponuntur. Secunda ac tertia columna continent nomina literarum: secunda quidem Græcis characteribus, tertia verò Latinis, in rudiorum gratiam. Porrò quarta columna ad dexteram, elementorum potestatem siue valorem complectitur, quo pacto scilicet debeant enuntiari. De qua re variæ sunt hodie ac multiplices Grammaticorum opiniones; dum quidam † curiosè nimis ad antiquam pronuntiandi rationem omnia volunt reuocare: cùm tamen ipsi prorsus incerti sint quo pacto prisci illi hæc pronuntiarint, & coniecturæ sint admodum ieiunæ. Illis itaque non est fides adhibenda, nisi priùs priscorum aliquem ab inferis excitarint. Quare adolescentes huiusce rei cupidos (cùm hæc omnia potiùs viua voce, quàm librorum lectione possint percipi) ad doctos Græcarum literarum professores remitto. Qui verò illis destituuntur, & proprio Marte linguam Græcam discere coguntur, pronuntient elementa Græca more Latinorum Græcis in hac tabella respondentium. Cæterùm in quibus discrepent, paucis perstringam. β profertur vt u consonum: sed illius sonus magis accedit ad b, quàm ad f. γ hodie omnino profertur vt g: quidam tamen ante ε, η, ι, & similes, efferunt vt Latini suum g ante a, o, vel u. aliquando pronuntiatur vt n, vt videbis apud CLENARDVM in sequentibus. δ profertur hodie à doctis blæsiùs quàm d nostrum, nempe lingua posita inter dentes cum quodam sibilo: ego malim

vt

Maiuscularum literarum vsus.

Literæ minusculæ.

Figurarum ν & ς sedes.

Literarum pronuntiatio unde petenda.

Potestas siue pronunciatio quarundam literarum.

β

γ

δ

ζ

η, ι, υ, ει, οι, ῃ, ῳ.

vt d Latinum pronuntiare. ζ debet ſonum literarum δσ, non σδ, retinere; vt ξ, κσ; & ψ, πσ; non autem σκ, σπ. η, ι, & υ, atque diphthongi ει, οι, ῃ, & ῳ, ſonant hodie vt i vocale apud Latinos: conſonantis verò nunquam naturam induunt: propriè tamen vnicum ι deberet reſpondere noſtro i: η verò & ῃ magis accedere ad ſonum e: ſic υ & ῳ ad ſonum u, vt à Gallis profertur: in ει autem & οι debuerat vtraque vocalis aliquo modo audiri. θ debet prolatione à τ & δ diſcerni: nam magis ſibilat & ſpumoſiori ſpiritu effertur. κ ante ε, η, ι, &c. ſonat vt ante α, nempe vt k vel q. ξ vt cs, non vt è noſtris quidam proferunt x in exercitus *& ſimilibus, dicentes* egzercitus *pro* ecsercitus. *ο & ω hodie prolatione non diſtinguuntur, veluti neque α breue & α longum. σ vt ſ in* ſum, *etiam inter duas vocales, non vt noſtri faciunt, qui* miſer, mizer *proferunt. φ effertur hodie vt f: tamen illius ſonus ad prolationem p debet accedere. χ ante ε, η, &c. vt ante α.*

θ

κ

ξ

ο, ω.

σ

φ

χ

Septem vocalium diuiſio.

Vocales longæ, η, ω: Breues, ε, ο: Ancipites α, ι, υ: quæ & Communes dicuntur, quòd modò ſint longæ, modò breues.

DIPHTHONGI.

Propriæ.	*Impropriæ.*
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ῳ, ωυ.
æ, av, i, ev, i, u.	a, i, o, iv, i, ov.

υ

1 *In αυ, ευ, ηυ, ωυ, pronuntiatur υ vt u*[1] *conſonans.*

Altera vocalium diuiſio.

Annotatio de ϊ & ϋ in diæreſi.

Annotatio de ι, ſiue puncto ſubſcripto.

υ quomodo pronuntietur in diphthongis.

Vocales præpoſitiuæ, α, ε, η ο, ω, propterea quòd in diphthongis præponantur. Subiunctiuæ autem, ι, υ, quòd ſubſequantur. Faciunt verò per ſe ſyllabam, quoties duobus in apice punctis notantur: *παΐς* païs, *puer vel puella,* diſyllabum; *ἄϋπνος* ayϋpnos, *inſomnis,* triſyllabum. Cæterùm in tribus, ᾳ, ῃ, ῳ, iota non ad latus[2] affigitur, ſed infrà ſubſcribitur.

2

1 [1] *Vt ſi ex dictione Latina* aue *reïjciatur e, atque in* au, *retineatur pronuntiatio quæ erat in integro* aue. *Rectiùs, meo quidem iudicio, faciunt, qui υ hic pronuntiant vt u in diphthongis Latinis au, eu,* audio, euge.

Porrò

Porrò diphthongus ου *non profertur vt Galli proferunt u Latinum in dictione* dominus, *sed veluti* ou *in dictionibus Gallicis* nous, vous, *aut vt u ab Italis effertur.*

[2] *Supple, Quamuis dictum sit dici subiunctiuam quòd subsequatur.* 2

[1] Mutæ: Tenues π, κ, τ. Mediæ β, γ, δ. Aspiratæ φ, χ, θ. 1

Consonantium diuisio.

Duplices:
[2] ζ σδ. 2
[3] ξ κσ, γσ, χσ. 3
[3] ψ πσ, βσ, φσ. 3

[4] Liquidæ, siue immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ. 4

Mutæ quare dicantur Tenues, Mediæ, vel Aspiratæ: & earum affinitas.

[1] *Mutæ Appellantur aut Tenues, aut Mediæ, aut Aspiratæ, quadam relatione, non quidem habita ratione vnius tenuis ad alteram tenuem; sed tenuis* π, *ad mediam* β, *& aspiratam* φ. *nam hæ tres magnam habent inter se affinitatem, & facilè vna migrat in alteram; quippe quæ eodem instrumento vocis proferantur, nempe labiorum adminiculo, atque sola spiritus intensione vel remissione differant. nam in prolatione* φ, *maximam spiritus copiam, in* π *minimam, in* β *mediocrem adhibemus. Eadem est ratio secundi ordinis mutarum* κ, γ, χ, *quæ palati; ac tertij,* τ, δ, θ, *quæ dentium auxilio proferuntur. Quod dico, verum esse deprehendetur, si vnicuique ordini præponatur vocalis, hoc modo,* απ, αβ, αφ *: &* ακ, αγ, αχ *: atque* ατ, αδ, αθ. 1

Annotatio de δ, ζ, *&* σδ.
Dorismus, σδ, *pro* ζ.

[2] *Hinc colligunt quidam,* δ *debere proferri blæsiùs quàm Latinum : & in prolatione* ζ, *sonum* σδ *debere aliquo modo retineri. adde quòd Dores confunderent* ζ *cum* σδ, *& verba in* ζω *per* σδω *efferrent. Verùm ego illis potiùs assentior qui per literarum metathesin id fieri asseuerant,* σδω *pro* δσω *: atque idcirco malim* ζ *valere* δσ *quàm* σδ. *Aeoles autem verba in* σσω *efferunt per* ζω *: vnde* ζ *creditur valere non solùm* σδ, *sed etiam duplex* σσ. 2

Aeolismus, ζ *pro* σσ.
ξ

[3] Ξ *magnam habet cognationem cum secundo mutarum ordine,* κ, γ, χ. *nam sæpe ex illis conflatur, aut in eas dissoluitur, vt satis constat ex verbis in* κω, γω, χω, *quorum* 3

rum futurum habet ξω, pro κσω, γσω, χσω: & ex nominibus finitis in ξ, quorum genitiuus est κος, γος, χος, non ξος. Sic se habet ψ cum π, β, φ, primo mutarum ordine.

ψ

Liquidæ quare sic vocentur.

Immutabiles quoque cur dicantur.

4 † Appellantur Liquidæ eadem ratione qua apud Latinos l, m, n, r: quòd post mutam positæ, quasi liquescentes ac euanescentes, vim consonantis interdum amittant, neque vocalem præcedentem longam efficiant, vt aliæ consonantes. Immutabiles autem dictæ sunt, quòd non tam facilè mutentur quàm aliæ consonantes in inflexionibus nominum & verborum, sicuti planum fiet ex sequentibus.

DE ORTHOGRAPHIA
& Consonantium nexu
appendix.

Consonantium mutatio vnde oriatur.

Consonantium nexus.

Quoniam ex consonantium mutua quadam affinitate vel odio, vt ita dicam, penè infinitæ literarum mutationes oriuntur, dum scilicet duæ aut tres consonantes non possunt inter duas vocales, vel in principio dictionis ante vocalem propter mutuum odium consistere, cùm cognatæ propter mutuam inter se affinitatem gaudeant coniungi, & inuicem combinari, volui paucis perstringere, quæ consonantes simul possint inter duas vocales, vel in principio dictionis collocari, & quæ non: ac si inter duas vocales reperiantur, num ad præcedentem, an ad sequentem syllabam, illarum prior pertineat: vt in τύπτω, id est verbero, num π, syllabam præcedentem τύ, an sequentem τω, sequatur. Quæ res profectò est animaduersione digna: cùm ad veram orthographiam non parum conducat, & ad intelligendas, tam in nominibus quàm in verbis, varias consonantium inter se mutationes, penè necessaria videatur. Primò itaque sciendum, quòd si duæ mutæ debeant simul poni, vt vna alteram consequatur, necessariò tenuis præcedet tenuem, vt τέτυπται, verberatus est, pro τέτυφται: vel propriam aspiratam, vt Σαπφὼ, Sappho, pro Σαφφώ: & media mediam, vt ἕβδομος, septimus, non ἕπτδομος, licet veniat ab ἑπτὰ, id est septem; ὄγδοος, octauus, non ὄκδοος, ab ὀκτὼ, octo: atque aspirata aspiratam, vt ἐτύφθην, verberatus

Mutarum connectendarum ratio.

πτ pro φτ.
πφ pro φφ.
βδ pro πδ.
γδ pro κδ.
φθ pro πθ.

beratus sum, *pro* ἐτύπθην. *non tamen quæuis tenuis quamuis tenuem, aut media mediam, vel aspirata aspiratam antecedet. nam* τ, δ, θ, *nunquam primum inter affines, sed semper secundum locum occupant: vt, ex* τίκω *quidem, inserto per pleonasmum* τ *ante* κ, *& mutato* ε *in* ι, *dicam* τίκτω, *id est* pario, *vbi* τ *sequitur aliam tenuem* κ: *in* πέτω *verò, posito* π *ante* ω, *non possum dicere* πίτπω: *(nam* τ *præcederet aliam tenuem; quod fieri non potest) itaque dicendum* πίπτω, *id est* cado: *vbi* τ *secundum locum occupat. Præterea vnaquæque tenuis, vel media, potest seipsam præcedere: vt* ἵππος, equus: ἐκκλησία, ecclesia, cœtus: γλῶττα, lingua: ἄββαλεν *pro* † ἀπέβαλεν, abiecit: ἄγγελος, nuntius: ἄδδην, satis. *aspirata verò nunquam seipsam præcedit: non enim dicere possumus* Σαφφώ, *sed* Σαπφώ. *Hoc quoque sciendum, quaslibet duas mutas inter duas vocales positas (modò eadem non geminetur, vt* ἵππος; *aut tenuis aspiratam præcedat, vt* Σαπφώ) *ambas ad sequentem syllabam pertinere, vt* τύ πτω: *præter* γδ, *vt quibusdam placet, qui nituntur regula generali, quæ ait: Duas aut tres consonantes nunquam ad syllabam sequentem pertinere, nisi aliqua dictio Græca incipiat ab illis consonantibus: si verò illæ reperiantur in principio alicuius vocabuli, quum erunt inter duas vocales, semper ad syllabam sequentem pertinebunt, nisi in compositione: vt in* τύπτω verbero, *&* ἄστρον astrum, πτ *&* στ *pertinent ad syllabas sequentes: quia multæ dictiones Græcæ incipiunt à* πτ *&* στ: *vt* πτύω spuo, *&* στρέφω verto, *& aliæ multæ. In compositione verò, vt* ἐκρέω, effluo, *ab* ἐκ *&* ῥέω, κ *pertinet ad præcedentem ratione compositionis: quamuis* κ *&* ρ *inueniantur in principio multarum dictionum, vt* κρατέω, potens sum, *&c. imò vnica consona ratione compositionis ad præcedentem syllabam pertinebit, quum inuenietur inter duas vocales, vt in* ἐξάγω, educo, ξ *pertinet ad præcedentem. nam dictio componitur ab* ἐξ *&* ἄγω. *Cæterùm nullum vocabulum Græcum incipit à* γδ: *ideo iuxta eorum sententiam,* γ *trahetur ad syllabam præcedentem. Et hactenus de mutis: pergamus ad duplices, liquidas, &* σ. *Duplices*

τ, δ, θ, quo loco ponantur.

κτ.

πτ non τπ.

Quæ mutæ geminentur, & quæ non.

Duæ mutæ inter duas vocales ad quam trahantur.

γδ

Regula generalis de consonantium connexu.

πτ, στ.

Compositionis vis in consonantium aut consonantis distinctione, vt ἐκ-ρέω, ἐξ-άγω.

γδ *nunquam dictionis initium.*

Duplex cum alia consonante nunquam connectitur.

ces nunquam inueniuntur in principio dictionis coniunctæ cum aliqua consonante. Itaque in medio dictionis positæ inter duas vocales cum aliqua consonante, non possunt coniungi, ita vt ad syllabam sequentem pertineant: vt in ἄλξις, tractus, *&* ἕξπους, sex pedum, λξ, *&* ξπ *non possunt trahi ad syllabam sequentem: quare diuidantur necesse est,* ἄλ-ξις, ἕξ-πους. *Idem iudicato de alijs.*

Liquidæ cum alia consonante nectendæ, aut ab ea distinguendæ ratio.

Liquidæ λ, μ, ν, ρ, *consonantem præcedentes, vt* ἄρτος, panis, *nunquam ad syllabam sequentem pertinent, præter* μν, *vt* μνᾶ, mna, mina : ἀ-μνὸς, agnus. *Quum verò consonantem sequuntur, illæ & consona præcedens ad syllabam sequentem trahuntur, vt* πα-τρὸς, patris ; *modò non sequantur aliam liquidam : nam tum diuiduntur, præter* μν, *vt dictum est, veluti* ἅρ-μα, currus.

μν nexus.

Si verò sequantur duas consonantes quæ per se traherentur ad syllabam sequentem, cum liquida coniunctæ, ad sequentem quoque omnes trahentur; vt ἄστρον. *nam* σ *&* τ *ad sequentem pertinerent, vt patet ex* στήλη, columna.

A σθλ nulla dictio incipit.

Quidam hinc excipiunt σθλ, *vt* ἐσθλὸς, bonus: *quia nullum vocabulum Græcum incipit à* σθλ: *quamuis* σθ *interdum in principio dictionis inueniantur, vt* σθένω, possum; *& ideo ad syllabam sequentem pertineant, quum inter duas vocales solæ reperiuntur, vt* ἀσθενὴς, debilis. *Idem iudicium est de* σθμ, *vt* ἆσθμα, anhelitus, anhelatio. *nulla enim dictio incipit à* σθμ.

σθμ nunquam in principio dictionis.

Regulæ de consonantium nexu, pars altera confutatur.

Tamen regula illa generalis suprà posita (quod bona illorum venia dixerim) eos qui illa nituntur, aliqua ex parte fallit. nam quamuis verum esse, sicuti est, fatear, consonantes quæ in principio coniunguntur, in medio quoque, nisi compositio obstet, debere coniungi: veruntamen regulæ conuersæ non possum assentiri, nempe consonantes in medio diuidendas, quæ in principio non inueniuntur coniunctæ. nam si hoc esset verum, (cùm θμ *nunquam in principio inueniantur)* βαθμὸς gradus, *&* ἆσθμα, *necessariò sic diuiderentur,* βαθ-μὸς, ἆσθ-μα : *quod & absurdum est, & omnium Grammaticorum canonibus contrarium, qui vno ore affirmant, Nullam syllabam in aspirata desinere.*

A θμ dictio non incipit.

Nulla syllaba in aspiratam desinit.

Quare meo quidem iudicio, γδ, σθλ, *&* σθμ, *poterunt coniungi,* ὄ-γδοος, ἐ-σθλὸς,

ἐ-σθλὸς, ἄ-σθμα. *Nunc dicendum quas consonantes liquidæ possint præcedere ac sequi, & quas non: ac primò quidem vnaquæque liquida seipsam præcedit & sequitur in medio dictionis: in principio verò aut fine, nulla prorsus consona geminatur. Porrò λ præcedit omnes consonantes præter ζ, ρ, ψ: sequitur autem omnes mutas præter δ: sed duplices aut σ nunquam sequitur. μ præcedit tantùm tres mutas, π, β, φ; vnam duplicem ψ, & vnam liquidam ν: sequitur sex mutas, κ, γ, χ, τ, δ, θ, (sed χ non nisi rarissimè) duas liquidas λ, ρ, & σ: alias consonantes nunquam aut præcedit aut sequitur. ν præcedit tantùm tres mutas, τ, δ, θ, & σ: alias consonantes nunquam: sequitur verò omnes mutas præter β, omnes quoque liquidas: duplices verò aut σ, nunquam. ρ præcedit omnes consonantes, præter ζ, λ: sequitur autem omnes mutas; at post alias consonantes nunquam inuenitur. Et hæc de liquidis. Porrò σ tantum modò mutas & μ præcedit, atque cum eis ad syllabam sequentem trahitur: sequitur verò solum tres liquidas, λ, ν, ρ, idque rarò: cum alijs autem consonantibus nunquam connectitur: ipsum tamen sæpe geminatur, γλῶσσα,* lingua.

Liquidæ cum alijs consonantibus.

Literæ geminatæ non connectuntur.

λ, μ

ν

ρ

σ cum alijs consonantibus.

CANONES PRONVNTIATIONIS.

Accentus tres: Acutus ΄, Θεός, Theós, *Deus:* λόγος, lógos, *sermo;* τύπτομεν, tý́ptomen, *verberamus.* Grauis ̀, τιμὴ, timì, *honor.* Circumflexus ῀, ποιῶ, piô, *facio:* βοᾶτε, voâte, *clamatis.* Acutus & circumflexus, attollunt syllabam quam afficiunt; grauis deprimit.

Accentus. *Acutus.* *Grauis.* *Circumflex.*

Spiritus duo: Asper siue densus ῾, ἅμα, háma, *simul:* Lenis siue tenuis ᾿, ἐγὼ egò, *ego.* Semper autem vocalis aut diphthongus initio dictionis alterum possidet è spiritibus. [1] Consonans ρ in principio quidem aspiratur, ῥώμη, rhómi, *robur:* in medio verò si geminetur, priore loco leuigatur, posteriore aspiratur, πόῤῥω, pòrrho, *longé.* 1

Spiritus. *Asper.* *Lenis.* *Spirituum sedes vocales, diphthongi, & ρ in principio, ac ρρ geminum in medio dictionis.*

ρ initiale quando leuigetur.

1 *Ρ non semper in principio aspiratur, ut author ait. Nam † si secunda quoque syllaba incipiat à ρ in aliquo nomine, tum primum ρ leuigatur: ut* ῥαριὰς, ῥάριον, ῥάριος, ῥωρὸς, Ratias, (*Cereris epitheton, Suidæ*) puer, robustus, vehemens. *Verùm nulla præter hæc 4 inuenies.*

ρ mediæ dictionis quem spiritum habeat.

Vnicum ρ quando aspiretur in medio.

Cæterùm ρ simplex in medio dictionis (de quo author nihil loquitur) nullo spiritu notatur, sed intelligitur habere tenuem: tamen apud poetas in opt. exemplaribus interdum inuenies vnicum ρ cum spiritu aspero in media dictione: sed id fit solùm, dum poetæ metri gratia ex gemino ῤῥ primum subtrahunt, vt ἄῥικτον, *pro* ἄῤῥικτον, infectum: *& sic de alijs.*

π, κ, τ in φ, χ, θ

1 Apoſtrophos, nota eſt reiectæ vocalis, [1] α, ε, ι, ο: aut diphthongi, αι, οι: quod fit ob ſequentem vocalem: [2] quæ ſi aſpiretur, migrat præcedens tenuis in aſpiratam, πάντα ἔλεγον, *omnia dixi,* πάνθ' ἔλεγον, pandelegon: ([3] prolatio enim eſt in morem vnicæ dictionis) ἀπὸ οὗ: *à quo,* ἀφ' οὗ: κατὰ οὗ, *contra quem* καθ' οὗ: νύκτα ὅλην, *noctem totam,* νύχθ' ὅλην.

Vocalium per apostrophum reiectarum quantitas.

αι & οι quando breues.

1 *Vocales quæ per apostrophum reijciuntur, aut sunt natura breues, vt ε, ο: aut ancipites correptæ, α, ι: aut diphthongi, αι, οι, quæ in ratione accentuum habentur in fine pro breuibus, & apud poetas sæpe corripiuntur, dum sunt finales: longa enim per apostrophum non eliditur.* 2 *[2] Si vocalis (inquit) sequentis dictionis notetur spiritu aspero, & reiecta vltima vocali præcedentis dictionis, remaneat in illius fine aliqua tenuium mutarum π, κ, τ, migrabunt tenues in proprias aspiratas* φ, χ, θ. 3 *[3] Reddit rationem quare scripserit literis Latinis pandelegon vnica dictione, cùm in Græco sint duæ: quia, inquit, in huiuscemodi apostrophis prolatio duarum dictionum est in morem vnicæ. imò (quod magis mirabere) consona præcedentis dictionis vltima pertinet ad syllabam sequentem, non ad præcedentem, vt* ἀφ' οὗ: *neque solùm vltima, sed etiam penultima, modò possit coniungi cum vltima, vt* νύ-χθ' ὅλην. *nam* χθ *facilè (vt in superioribus dictum est) coniunguntur: sed in* πάν-τ' ἔλεγον, ν *trahitur ad præcedentem. nam* ντ *non coniunguntur. Ratio quare ad sequentem ita*

Consonantes syllabæ apostrophum passæ, ad quam vocalem pertineant.

trahantur

trahantur, eſt, quia prima ſequentis dictionis vocalis ſuccedit in locum abiectæ. æquum eſt igitur vt conſonantes quæ ad vocalem abiectam referebantur, nunc ad vocalem ſequentem trahantur, & non ad præcedentem. ex hoc enim abſurdum ſæpenumero ſequeretur, ſyllaba in aſpiratam deſinente, vt in ἀφ᾽ οὗ *&* νύχθ᾽ ὅλην*: quod nunquam in purè Græcis poteſt contingere. nam* ἰωσὴφ, ἐνὼχ, *&* ῥοὺθ, Ioſeph, Enoch & Rhuth, *Hebraica ſunt, & non Græca; pro quibus Græci dicerent* ἰώσηφος, ἔνωχος, ῥοῦθα, *& Latini* Ioſephus, Enochus, Rhutha. *Porrò in* οὐχ οὗτος; nonne ille? *& ſimilibus,* χ † *trahitur ad ſyllabam ſequentem, quamuis apoſtropho non notetur: re vera tamen apoſtrophi nota intelligitur, &* οὐχ *pro* οὐχὶ *dictum eſt. ſolet enim interdum apoſtrophi nota abijci, vt* διὸ, *pro* δι᾽ ὅ, quapropter: καθάπαν *pro* καθ᾽ ἅπαν, omnino: καθάπαξ *pro* καθ᾽ ἅπαξ, ſemel, omnino: καθάπερ *pro* καθ᾽ ἅπερ, quemadmodum: ἀνθῶν *pro* ἀνθ᾽ ὧν, eo quòd: *quæ exempla ſatis manifeſtè declarant, conſonantes ſyllabæ apoſtrophum paſſæ ad ſequentis dictionis vocalem pertinere. nullus enim non videt in* ἀνθῶν, θ *nectendum cum* ω, ἀν-θῶν, *& non cum* α, ἀνθ-ῶν. *Dictiones quoque monoſyllabæ, quod dicimus, neceſſariò verum eſſe, per ſe ſatis indicant, vt* σὲ, te, σ᾽ ἐγὼ, te ego: *vbi* σ *non poteſt niſi ad ſyllabam ſequentem trahi. Hæc pluribus ſum proſecutus, quòd viderem ab omnibus ferme typographis, qui orthographiæ maximè ſtudent, id aliter obſeruari. Illis verò imponit compoſitionis regula perperam intellecta. cùm enim videant ab omnibus vno ore receptum eſſe, vt vltima conſonans harum præpoſitionum,* ἐν, εἰς, ἐξ, πρὸς, σὺν, ὑπὲρ, *in compoſitione ante vocalem poſitarum, non ad ſequentem, ſed ad præcedentem vocalem ratione compoſitionis trahatur, (vt* ἐν-άγω, induco: εἰς-άγω, introduco: ἐξ-άγω, educo: προσ-άγω, adduco: συν-άγω, conduco, *id eſt, ſimul duco:* ὑπερ-άγω, ſupero) *credunt eandem eſſe rationem in* παρεάγω, tranſeo: κατάγω, deduco, *& ſimilibus: & à fortiori in apoſtropho, vt* ἐπ᾽ ἐμοὶ, in me. *Verùm ratio non eſt eadem. nam in* ὑπεράγω, ρ *iungitur cum* ε*: quia*

Quæ deſinunt in aſpiratam, Græca non ſunt.

οὐχ *pro* οὐχὶ. *Apoſtrophi nota abiecta.*

Typographi orthographiæ obſeruatores.

ρ in ὑπερέχω, cum præcedenti syllaba, in παρέχω, cum sequenti nectitur.

Num accentus vocalis abiecta abijciatur.

ante compositionem cum eo iungebatur. in παρὰ verò, ρ non adhæret cum πα, sed cum α finali: quare in compositione aut apostropho, non cum πα, sed cum vocali quæ in locum τοῦ α succedit, connectetur. Et de his hactenus. Obiter tamen & illud addam, vocalem acutam quæ per apostrophum abijcitur, in nominibus quidem retrahere accentum in penultimam, δεινὰ, δείν' ἔπη, grauia verba: *in alijs verò dictionibus vnà cum vocali accentus quoque abijcitur,* ἀπὸ, ἀφ' οὗ.

Diuersa quarundam literarum pronuntiandi ratio.

γ vt n
κ vt g
τ vt d
ν vt m

π vt b

1 [1] Gamma γ ante γ, ξ, χ, sonat perinde vt n: ἄγγελος angelos, *nuntius*: λύγξ lynx. *singultus, vel lynx fera*: ἔγχος enchos, *hasta*. sic ante κ; † sed ipsum κ sonandum vt g. πέφαγκα pephanga, *apparui*.

Tau τ post ν, vt d: τὸν τάνταλον ton Dandalon, *Tantalum*.

Ny ν ante β, μ, π, vt m: τὸν βίον tom vion, *vitam*; τὴν μερίδα tim merida, *particulam*: τὸν πίθον tom bithon, per b, *dolium*.

Pi π post μ, vt b Latinum: πέμπω pembo, *mitto*.

2 Itidem post ν [2] in diuersis dictionibus: τὸν πίθον tom bithon, *dolium*.

γ pro ν positum, & quare.

Hebraismus.

Collaudo pro conlaudo.

ν non præcedit vllam consonantem præter ν, τ, δ, θ, σ: ante alias aut mutatur aut eliditur, aut tertia consonans inscritur. Insueta literarum pronuntiatio vbi locum habeat.

1 *Credo Græcos olim non ita γ ante κ, γ, χ, ξ, protulisse; sed potiùs scripsisse γ pro ν ante has literas, quia ν proferrent vt γ: vel certè quòd ν natiuum sonum hic non retineret. est enim ν difficillimæ pronuntiationis, si ponatur ante aliam consonantem, vt licet ex præpositione Latina* con *in compositione conijcere. Qui linguam Hebræam callent, hoc apertiùs norunt: vix enim apud illos reperias n ante aliam consonantem: sed ferè semper illud mutant in consonam quæ sequitur, vt faciunt Latini in* collaudo. *imò Græci (vt antea diximus) nunquam ponunt ν ante aliam consonantem in eadem dictione, nisi ante aliud ν, & ante tertium ordinem mutarum τ, δ, θ, & aliquando ante σ: sed mutant ν in aliquam aliam consonantem, vel illud omnino elidunt, vt poteris colligere ex* σὺν, cum, & ἐν, in, *in compositis: de quibus copiosè* CLENARDVS *in tractatu de Inuestigatione thematis in voce* συῤῥήγνυσθαι, confringi.

Interdum

Jnterdum verò aliam consonam inserunt, vt ἄνδϱες, viri, pro ἄνεϱες. [2] *Modò diuersæ illæ dictiones puncto non diuidantur. Nam si dictio periodum claudens desinat in ν, & prima litera alterius sententiæ sit π, hæc regula nō habebit locum, neque etiam præcedentes, si simile quidpiam contigerit. imò è doctioribus multi hodie diuersam hanc literarum γ, κ, τ, ν, π, pronuntiandi rationem neque obseruant, neque obseruandam censent.* 2

PARTES ORATIONIS OCTO;

Annotatiunculæ in partes orationis per casus declinabiles.

[1] NOmen, Verbum, Participium, Pronomen, Articulus, Aduerbium, Coniunctio, Præpositio.

Casus quinque.

Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. siquidem Ablatiuo carent Græci.

Vsus numeri dualis.

Numeri tres:

Singularis, Dualis, Pluralis. [2] Vtimur Duali, 2
quum de duobus est sermo. [3] In duali vox eadem 3
nominatiui, accusatiui, & vocatiui, itidem genitiui & datiui. Sic in plurali semper nominatiuus idem cum vocatiuo.

Orationis partes, & earum accidentia Græcè & Latinè.

[1] *Libuit hoc loco partes orationis atque earum accidentia Græco sermone subijcere: vt Græca Græcè possis inflectere, neque Latinas accidentium voces cogaris admiscere. Octo igitur orationis partes sic à Græcis appellantur,* ὄνομα, ῥῆμα, μετοχὴ, ἀντωνυμία, ἄρθϱον, ἐπίρρημα, σύνδεσμος, πρόθεσις: *nomen, verbum, &c. vt in textu numerantur. Accidentia declinabilibus communia sunt,* 1

Species. figura.

εἶδος πρωτότυπον καὶ παϱάγωγον, *species primitiua & deriuatiua:* σχῆμα ἁπλοῦν, σύνθετον, καὶ παϱασύνθετον, *figura simplex, composita, & decomposita: (tamen figura decomposita, id est, quum dictio deducitur ab alia composita, non habet locum in pronominibus aut articulis: neque etiam species in articulis, nisi velis deriuare postpositiuum à præpositiuo)* ἀϱιθμὸς ἑνικὸς, δυϊκὸς, καὶ πληθυντικός: *numeris singularis, dualis & pluralis:* πρόσωπον πρῶτον, δεύτεϱον, τϱίτον: *persona prima, secunda, tertia:*

Numerus.

Persona.

tia: sed persona magis pronomini & verbo quàm aliis conuenit. Porrò partibus quæ per casus declinantur, accidentia communia sunt, γένος ἀρσενικὸν, θηλυκὸν καὶ οὐδέτερον: genus masculinū fœmininum, & neutrum: (adde nomini κοινὸν καὶ ἐπίκοινον, commune & promiscuum)

Genus.

πτώσεις εὐθεῖα ἢ ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, καὶ κλητικὴ: casus rectus siue nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, & vocatiuus: articuli tamen vocatiui non habent.

Casus.

Tempus.

Verbo communia cum participio sunt, χρόνος ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος, † ὑπερσυντελικὸς, ἀόριστος, καὶ μέλλων: tempus præsens, imperfectum perfectum, plusquamperfectum, indefinitum, & futurum:

Genus.

γένος ἐνεργητικὸν, παθητικὸν, οὐδέτερον, κοινὸν ἢ μέσον, καὶ ἀποθετικόν: genus actiuum, passiuum, neutrum, commune siue medium & deponens.

Modus.

Verbum verò sibi soli vindicat ἔγκλισιν ὁριστικὴν, προστακτικὴν, εὐκτικὴν ὑποτακτικὴν, καὶ ἀπαρέμφατον: modum indicatiuum, imperatiuum, optatiuum, subiunctiuum, & infinitiuum. Sed de his hactenus.

Pluralis pro duali, non contrà.

2 [2] Possumus tamen vti plurali, quamuis de duobus tantummodò fiat sermo: atque non rarò inuenies Poetas in eadem periodo nunc hoc nunc illo numero vsos: imò substantiuum interdum in vno, adiectiuum in altero numero collocant. Idem iudicato de relatiuo cum suo antecedente, ac de verbo cum suo nominatiuo. Cæterùm confusus hic dualis ac pluralis numeri vsus, habet tantummodo locum quum de duobus sermo habetur. Si enim de pluribus verba fiant, non possumus dualem admiscere, sed solo plurali erit vtendum.

3 [3] Assignat hic generales quasdam regulas, communes omnibus orationis partibus, quæ per casus inflectuntur.

Annotatiunculæ

His, si placet, adiice sequentes: Genitiuus pluralis semper desinit in ων: Accusatiuus pluralis in ς, nisi in neutris: Genitiuus & datiuus duales in οιν vel αιν; nisi in tribus pronominibus primitiuis, de quibus postea: & in quarta declinatione, quæ mutat οιν tertiæ in ων. Datiuus pluralis fit à datiuo duali, migrante ν in ς; nisi in quinta declinatione, & tribus illis pronominibus. Accusatiuus singularis finitur in ν cum vocali nominatiui: nisi in quinta, & tribus pronominibus, ac neutris quibusdam, quæ accusatiuum nominatiuo similem

ſimilem habent, ſecundum regulam neutrorum, quam aſſignat CLENARDVS *in tertia declinatione. Item adiectiua neutra ſuis maſculinis ſunt ſimilia in genitiuis & datiuis ſingularis ac pluralis numeri, atque in toto duali. Cæterùm de datiuo ſingulari finito in ι, aut in diphthongum impropriam, ᾳ, ῃ, ῳ, vide authorem in Annotationibus in declinationes ſimplices.*

Articuli præpoſitiui.

Latini inter declinandum vſurpant hic, hæc, hoc: Græci verò articulum, ὁ, ἡ τό: quem vocant Præpoſitiuum; quòd nominibus præponatur. Inflectitur autem ſic: Maſcul. Sing. Nominatiuus ὁ, hic: G. τοῦ, huius: D. τῷ, huic: A. τὸν, hunc. Dual. N. & A. τὼ, hi & hos, de duobus: G. & D. τοῖν, horum & his, de duobus. Plur. N. οἱ, hi: G. τῶν, horum: D. τοῖς, his: A. τοὺς, hos.

Maſculinus.

Fœm. S. ἡ, τῆς, τῇ, τήν: D. τὰ, ταῖν: P. αἱ, τῶν, ταῖς, τάς.

Fœmininus.

Neut. S. τὸ, τοῦ, τῷ, τό: D. τὼ, τοῖν: P. τὰ, τῶν, τοῖς, τά.

Neuter.

Articuli vocatiuum ignorant: pro quo in declinationibus vtimur aduerbio vocandi ὦ, ô.

Annotatio de ὦ.

De articulis vide plura poſt tractatum Pronominum.

DECLINATIONES NOminum quinque.

Prima nominũ pariſyllabicorum declinatio.

ας

ης

PRima eſt in ας, maſculinorum, ὁ Αἰνείας, *Aeneas*, & in ης, partim maſculinorum, ὁ Χρύσης, *Chryſes*;
[1] partim comunium, ὁ καὶ ἡ λῃστής hic & hæc latro: 1
quorum genitiuus in [2] ου, datiuus in ᾳ vel ῃ diph- 2
thongum impropriam, accuſatiuus in αν vel [3] ην, 3
[4] vocatiuus in α vel η ſecundum terminationem 4
nominatiui. [5] Dualia & pluralia conueniunt cum 5
articulo fœminino, ablato τ.

Elenchus terminationum primæ.

S. { ας, ου, ᾳ, αν, α, / ης, ῃ, ην, η. } D. α, αιν. P. αι, [6] ῶν, [7] αις, [8] ας, αι. 6. 7 8

Exempla primæ.

S. ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου, τῷ Αἰνείᾳ, τὸν Αἰνείαν, ὦ Αἰνεία.

D. τὼ-

D. τὼ Αἰνείᾳ, τοῖν Αἰνείαιν, ὦ Αἰνεία.
P. οἱ Αἰνεῖαι, τῶν Αἰνειῶν, τοῖς Αἰνείαις, τοὺς Αἰνείας, ὦ Αἰνεῖαι.
ὁ Χρύσης τοῦ Χρύσου, τῷ Χρύσῃ, τὸν Χρύσην, ὦ Χρύση.
ὁ καὶ ἡ λῃστὴς, τοῦ καὶ τῆς λῃστοῦ: & ita deinceps.

Annotatio de dialectis.

Atticismus.

Quinque Græcorum linguæ præcipuæ; Communis, Attica, Ionica, Dorica, Æolica: ex quibus Attici in omni declinatione vocatiuum similem formant nominatiuo, ὁ & ὦ Αἰνείας.

De Dialectis appendix.

Antequam de varietate huius declinationis secundum varia idiomata aliquid dicamus, priùs videndum quid intelligant Græci per huiusmodi linguas, siue dialectos, aut idiomata: de quibus CLENARDVS *in fine huius declinationis nonnihil attigit. Quinque enim linguas præcipuas esse apud Græcos ait, vtpote quæ à magni nominis authoribus fuerunt celebratæ, & quibus scripta penè infinita librorum volumina posteritati reliquerunt. Fuerunt verò & aliæ multæ, tot scilicet quot fuerunt nationes quæ Græco sermone vterentur; veluti Bæotica, Thessalica, Chalcidica, Macedonica, Pamphylica, Argiua, Laconica, Cypria, Crytica, Sicula, Syracusana, Rhegina, Tarentina: verùm minùs præcipuæ meritò dici possunt, quòd illis nulli libri, qui ad nostra vsque tempora peruenerint, scripti fuerunt. Itaque prorsus periissent, nisi alij authores suis libris quædam ex illis dialectis admiscuissent: vt Aristophanes, qui in suis comœdijs, quamuis eas Attica lingua scripserit, inducit interdum personas alterius nationis propria dialecto vtentes: vt Bœotica Bœoticas mulieres. Alij quoque Poetæ propria quædam harũ linguarum vsurparunt. Quare nonnulla adhuc illarum vestigia apparent, sed non vt earum quas author hoc loco præcipuas vocat. Vt autem totum huiusce rei negotium tibi ob oculos proponatur, ac quid Grammatici per idiomata intelligant, penitus noscas, exemplo nostri Gallici sermonis tibi paucis rem omnem aperiam. Quotquot hodie in foris iudicialibus dicioni Regis subditis versantur, neque solùm ibi, sed passim inter omnes ferme non omnino obscuros homines, Gallicè scribunt ac loquuntur: non tamen omnes ita tersè vt ij qui Regis ædes, aut Parisiense forum frequentant: vt*

Linguæ Græcorum præcipuæ.

Linguæ minus præcipuæ.

Gallici idiomatis exemplo Græcarum dialectorum varietas exponitur.

iudicatu difficile non sit (si quis eos loquentes audiat, vel eorum scripta legat) ad quod idioma illorum sermo accedat. Vix enim fieri potest, quin aliquid è propria siue materna lingua retineant, etiam illis inuitis, ac Gallica lingua loqui nitentibus. Sunt tamen aliqui maximo ingenij acumine præditi, qui quasi vernaculæ linguæ obliti, terso ac puro sermone vtuntur: imò peculiares quasdam phrases ac dicendi modos ex famosarum, & in Gallico sermone magis probatarum vrbium dialectis veluti Atticismos obseruant, quibus quasi quibusdam flosculis non rarò sua scripta ornatiora reddunt. Eodem ferme modo in Græcia olim, omnes sermone quodam communi (cuius præcepta nunc in Grammaticis traduntur) loqui ac scribere nitebantur: sed in eis ferè semper aliquid proprij ac materni idiomatis deprehendebatur; vt in Hippocrate Ionici, vnde erat oriundus. neque enim illi, cùm in rebus magis quàm in verbis laboraret, curæ erat omnes voculas linguæ communis, quæ ad Atticismum maximè accedebat, obseruare. At rursus aliqui verbis & phrasi non minùs quàm rebus addicti, (quales fuerunt Demosthenes, Plato & Lucianus) non solùm ad vnguē communis linguæ phrasim obseruabant, sed etiam, vt communem ditare viderentur, ex alijs idiomatibus, præcipuè ex Attico, nonnullas loquendi formulas, vel etiam peculiares quasdam voces, aut vocum flexus, decerpebant: quæ omnia tandem temporis successu communi vsu recepta sunt. Hæc autem intelligo de his authoribus qui prosa oratione scripserunt. nam poetæ multo maiorem sibi licentiam permiserunt. Quum igitur audis Demosthenem Atticè locutum, & Aristophanem Atticè locutum, quorum stylus est longè dissimilis, quamuis eodem seculo floruerint, ne turberis. Nam vterque communi lingua scripsit: sed Demosthenes, genere Atticus, quamuis communi sermone, vt ab omnibus Græcis intelligeretur, loqui nitebatur; tamen certas quasdā voces ac dicendi formulas ex Attico sermone depromptas, sibiq; familiares retinere gaudebat, quò facundior videretur. Aristophanes verò, vt populo Atheniensi gratus esset, sermone plebi infimæ ac mulieribus familiari vti studebat, vt hodie Lute-

Similitudinis ἀπόδοσις.

Hippocrates.

Demosthenes. Plato. Lucianus.

Poetæ licentiosi.

Demosthenes & Aristophanes Atticè & communiter scripserunt.

Lutetiæ videre licet fabularum actores, vt risum auditorum captent, vti sermone muliercularum, à communi Gallico nonnihil degenerante. Nam r in s non rarò commutant, reliquasq́ literas blæsè ac compressis labijs enuntiant. Patroni verò, qui in foro causas agunt, quamuis purè ac propriè loqui studeant, & aliquid ex Lutetiano sermone decerpant, nonnihilq́ ex Aureliano, vbi fortè legibus operam nauarunt, ac rursus aliquid ex huius vel illius celebris ciuitatis idiomate, præcipuè verò è Regis domesticorum sermone depromptum: cauent tamen maximè, ne muliercularum more loqui videantur. Si enim illarum sermonem imitarentur, fabula omnibus essent, maximoq́ risu ab auditoribus exciperentur. Confer nunc Demosthenis orationem cum ea qua vtuntur hodie patroni in foro Parisiensi: Aristophanis verò comœdias cum fabulis illorum histrionum, qui agendo sermonem Lutetianæ plebeculæ familiarem repræsentant. Itaque, vt eò vnde digressi sumus, nostra recurrat oratio, Grammatici per Dialectos, Idiomata siue Linguas, nihil aliud intelligunt, quàm sermonis quandam proprietatem, qua distinguitur loquelæ varietas, quæ semper solet contingere inter diuersos eiusdem nationis tractus: cùm hi paulo aliter loquantur quàm illi, ac cuique proprium quidpiam è natali solo sit insitum: quod si bene auribus sonare videatur, alij quoque vsurpare gaudent: & quod vni vrbi aut nationis paruo tractui proprium erat ac peculiare, aliquo temporis interuallo in communem linguam transfundunt: atque ita illam ditant ex diuersis variorum tractuum proprietatibus, quæ insigne quiddam & auribus gratum continebant. Ne igitur mireris, si videas CLENARDVM, *qui de Dialectis nihil prorsus in suis Institutionibus præcipere decreuerat, sed tantùm nonnullum communis linguæ vsum, non semel nunc Atticismos, nunc Ionismos atque alias dialectos inculcare. Annotat enim tantummodo quid ex quaque lingua decerpserint ij authores qui communi lingua scripserunt: veluti Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, ac reliqui ferè omnes qui soluta oratione scripserunt: quamuis Atticè scripsisse dicantur, quòd*

Clenardi institutum in tractandis Dialectis.

Demosthenes, Lucianus, Plato, Aristoteles, qua dialecto scripserint.

scilicet

ſcilicet plura ex Attico quàm alio idiomate decerpſerint. Herodotus *verò &* Hippocrates *Ionicè dicuntur ſcripſiſſe, quòd plura ex* Ionica *proprietate quàm ex alia deſumpſerint. Idem iudicato de reliquis. Nos verò in his Scholijs non ſolùm quæ ab oratoribus & communi vſu ex varijs idiomatibus recepta ſunt, annotabimus, ſed etiam quæ poetæ ex illis arripuerunt, vel ſua licentia, vt ſcilicet metri hiatum implerent, vel etiam nulla carminis neceſſitate coacti, ſed potiùs vt* τὴν τοῦ πεζοῦ λόγου φράσιν *euitarent, vel quòd materna dialecto magis delectarentur: vt Ariſtophanes Attica, Homerus Ionica, Dorica Theocritus, & Aeolica Alcæus, quamuis vernaculæ ac ſibi familiari alias quoque admiſceant. Herodotus etiam &* Hippocrates, *qui ſoluta oratione ſcripſerunt,* Ionica *vterque vernacula ſunt maximè delectati. Cæterum vt aliquid in genere de his præcipiatur, breui ſchemate ſubijciam, quid vnaquæque dialectus ſibi veluti proprium vendicet.*


Herodotus & Hippocrates qua lingua ſcripſerint.

Poëtæ cur varijs dialectis vſi ſint.

Ariſtoph. Hom. Theocrit. Alcæus, qua quiſque lingua ſcripſerit.

Herodotus & Hippocrates.

Generalia præcepta de Dialectis.



θαῤῥεῖν, *pro* θαρσεῖν, *confidere: id fit dum* ρ *eſt ante* σ, *vt in hoc exemplo. ſic* ἄῤῥην *&* πόῤῥω *pro* ἄρσην *&* πόρσω.

γλῶττα, *pro* γλῶσσα, *lingua. hoc ſemper obſeruatur, vbi eſt duplex* σσ: *atque interdum vbi eſt ſimplex, vt* τήμερον, *pro* σήμερον, *hodie.*

ξυμφέρον, *pro* συμφέρον, *conferens, vtile. Illud habet locum in compoſitis à præpoſitione* σὺν, *cum.*

Gaudet præterea contractionibus, vt πατρῷος, *pro* πατρώϊος, *paternus. hoc fit, quando commodè duæ vocales in vnam poßunt contrahi.*

Coniungit etiam duas dictiones in vnam, vt τοὔνομα, *pro* τὸ ὄνομα, *nomen. iſtud præcipuè fieri ſolet præcedentibus* τὸ, τὰ, καὶ, πρὸ, *& ſequente dictione quæ incipiat à vocali. Vide* CLENARDVM *circa finem Annotationum in verba.*

Ionica

Ionica η, κ, π, τ pro α, π, φ, θ:

- η pro α, ἡμέρη, pro ἡμέρα, dies. hoc fit ubi communiter α est longum.
- κ pro π, κῶς, pro πῶς, quomodo. hoc fit in interrogatiuis & relatiuis.
- π, τ pro φ, θ, ἀπαιρεῦμαι, pro ἀφαιρεῦμαι, auferor. Hoc obseruatur in cõpositione. nam retinent tenues π, τ, ubi communiter mutarentur in φ, θ. (vide CLENARDUM, ubi agit de argumento imperfecti) Habet etiam locum aliquando in simplicibus, ut δέκομαι, pro δέχομαι, capio: τύκω, pro τύχω seu τεύχω, pario.

Ad hæc Jonica, Atticæ hac in re contraria, nihil contrahit. non enim dicit ποιῶ, sed ποιέω, facio, sine crasi.

Dorica α, α, η, η, ω, ευ pro η, ω, α, ει, ου, ου:

- α pro η, ἀμέρα, pro ἡμέρα, dies. sic pro φήμη dicit φάμα, fama.
- α pro ω, μουσᾶν pro μουσῶν, Musarum. hoc fit in genitiuo plurali primæ & secundæ declinationis.
- η pro α, ζῆν, pro ζᾷν, uiuere. istud habet locum in contractionibus, quæ communiter ex αε & αη in α, & ex αει & αῃ in ᾳ fierent Doricè verò in η monophthongum.
- η pro ει, λαβῆν, pro λαβεῖν, cepisse, sumpsisse.
- ω pro ου, μῶσα, pro μοῦσα, Musa. hoc habet locum in nominibus, & aliquando etiam in verbis, quum nulla est crasis.
- ευ pro ου, Δημοσθένευς, pro Δημοσθένους, Demosthenis. hoc obseruatur quoties ου contractum est ex εο vel εου, & quoties ου in verbis haberet accentum circumflexum, quamuis non veniat ex contractione: ut ἄλλομαι, salio, futurum

Dorica		pro	*rum medium* ἀλοῦμαι, & *Doricè* ἀλεῦμαι, *saliam.*
	οι		ȣ, τύπτοισα, *pro* τύπτουσα, *verberans. hæc mutatio fit in participijs fœmininis barytonorum. Aeoles quoq; eodem modo* ω, ευ, & οι, *pro* ȣ *ponunt.* Æolismus.
	τ		σ, τὺ *pro* σὺ *tu.*
	σ		θ, σιὸς, *pro* θεὸς, *Deus.*
	ς		ν, τύπτομες, *pro* τύπτομεν, *verberamus. hoc fit in primis personis pluralibus finitis in* μεν. *sic* ἦς *pro* ἦν, *erat.*
	α		ε, αἴκα, *pro* αἴκε, *vel* εἴκε, *si:* & † πόκα, *pro* ποτὲ, *aliquando.*
	αι		ει, αἰ, *pro* εἰ, *si. sic compos.* αἴκα & αἴκεν, *pro* εἴκα & εἴκεν, *si:* αἴθε, *pro* εἴθε, *O si, vtinam.*
	ω		οι, πωμενικὸς, *pro* ποιμενικὸς, *pastoralis.*
	τ		κ, τῆνος, *pro* κεῖνος *vel* ἐκεῖνος *ille.*
	κ		τ, † πόκα, *pro* ποτὲ, *aliquando:* ἄλλοκα, *pro* ἄλλοτε, *alias.*

Detrahit quoque ι *ex diphthongo* ει, *vt* † λάβεν, *pro* λαβεῖν, *cepisse.*

In diphthongis impropriis, ᾳ, ῃ, ῳ, *iota subscriptum negligit; vt* τῶ αἰνεία, *pro* τῷ αἰνείᾳ, *Aeneæ.*

Vtitur etiam interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmininis; vt καλαὶ, *pro* καλὴ, *formosa.*

Geminatis quoque σσ, ττ, ππ, *pro simplicibus vtitur; vt* ὅσσον, *pro* ὅσον, *quantum,* ὅττι, *pro* ὅτι, *quòd:* ὅππη, *pro* ὅπη, *vbi, quò.*

Æolica	α	pro	η, ἁμέρα, *pro* ἡμέρα, *dies. id fit Dorũ more: sed Doricè huiusmodi* α *producitur, Æolicè corripitur.*
	ω		ȣ, ἰδῶσα, *pro* ἰδοῦσα, *conspicata. hoc fit præcipuè in participijs fœmininis in* ȣσα, *quæ communiter circumflectunt* ȣ.

ω	ο, ὤμοιος, pro ὅμοιος similis.
ππ	μμ, ὄππατα, pro ὄμματα, oculi.
η	ει, ἐλθῆν, pro ἐλθεῖν, venisse.

Retrahit etiam accentum acutum ab ultima syllaba in penultimam in disyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis: ut κάλος, pro καλὸς, pulcher: πότα μος, pro ποταμὸς, fluuius.

Addit quoque ι accusatiuis quorundam nominum fœmininorum, ut καλαὶς, pro καλὰς, pulchras.

Præterea β ante ρ ponit; ut βρόδον, pro ῥόδον, rosa.

Vtitur etiam præpositione κατ̀, pro μετ̀, cum.

Denique dictiones à quacunque vocali inchoatas tenui spiritu afficit, ut ἤλιος, pro ἥλιος, sol.

Dialectorum varietati ubi sit locus.

Atque hæc de Dialectis in genere dicta sufficiant. Ne verò credas ea quæ hîc diximus, passim in omnibus dictionibus obseruari. non enim ista locum habent nisi in certis quibusdam vocibus, & certis casibus partium orationis, quæ per casus inflectuntur, atque in certis quibusdam personis & temporibus verborum: veluti planum unicuique esse potest & ex ijs quæ iam hoc loco attigimus, & ex ijs quæ à nobis sparsim per totam hanc Grammaticam annotabuntur. Vsum enim eorum quæ hîc cum unico duntaxat exemplo in genere proposuimus, particulatim ostendemus, si ex iam dictis colligi non possit. Adijciemus quoq; nonnullas alias regulas minùs generales, iuxta locorum opportunitatem.

Annotatio. Jonismus. α in η.

Dorismus, η in α.

Hoc itaque in primis fuerit notatu dignum, Jones toto singulari & datiuo plurali primæ & secundæ declinationis mutare α longum ultimæ syllabæ in η, (exceptis quibusdam primæ, quorum Dorica declinatio est in usu, quæ in Annotationum tractatu in declinationes simplices à nobis enumerabuntur) & contrà Dores mutare η in α. Atq; ita fit ut Αἰνείας declinetur Jonicè sicut Χρύσης communiter; & rursus Χρύσης Doricè sicut Αἰνείας communiter.

Datiuus plural. Ionicus. αις in ῃς.

Porrò in datiuo plurali, quum α Jonicè migrat in η, iota sequens subscribitur, ac pro Αἰνείαις dicimus Αἰνείῃς: sic μούσῃς, pro μούσαις, Musis.

Communia in prima non inueniuntur.

1 *[1] Nullum aliud nomen primæ declinationis est communis generis præterquam λῃστὴς: atque istud dicitur*

tur commune eadem ratione qua latro & homo à Latinis; cùm tamen vix vnquam, ac ne vix quidem, illa epitheto fœminino iuncta inueniantur, aut Græcè aut Latinè. Itaque dicito omnia primæ esse masculina. [2] *Doricè α: Aeolicè & Bæoticè αν: Ionicè ιω, † accentu in antepenultima: Poeticè verò ω, ex Ionico per crasim.* [3] *Ionicè interdum ια.* [4] *Si plura de vocatiuo desideras, vide Annotationes in declinationes simplices, circa principiũ.* [5] *Id est, si ex articulo fœminino dualis ac pluralis numeri auferas τ, habebis terminationes primæ declinationis in iisdem casibus & numeris: sed cùm articulus careat vocatiuo, sumenda erit nominatiui eiusdem numeri terminatio. eandem enim habent terminationem, vt iam ab authore dictum est.* [6] *Doricè ᾶν: Æolicè & Bæoticè άων: Ionicè έων.* [7] *Datiuis pluralibus cuiuscunque declinationis in ς desinentibus additur ι, Atticè Ionicè & Æolicè.* [8] *Ionicè interdum ιας.*

Genitiuus sing. 2
Accusatiuus. 3
4
5
6 *Genitiuus plur.*
7 *Datiuus.*
8 *Accusatiuus.*

Secunda declinatio.
α
η

Secunda declinatio tantùm est fœmininorum, quæ desinunt vel in α, ἡ μοῦσα, musa: vel η, vt ἡ τιμὴ, honor genitiuus in ης, datiuus in ῃ diphthongum, accusatiuus in αν vel ην, vocatiuus in α vel η, iuxta terminationem nominatiui. Dualia & pluralia perinde se habent atque in prima declinatione.

Elenchus terminationum secundæ. 1

S. {α, ης, ῃ, αν, α. / η, ην, η.} D α, αιν. P. αι, [1] ῶν, αις, ας, αι.

Exempla.

ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.
ἡ τιμὴ τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμὴν, ὦ τιμή.

Annotatio.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum, (hoc est, quod non subsequitur consonantem) faciunt genitiuũ in ας, datiuum in ᾳ dipththongum: Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ, *Leda:* Μάρθα, Μάρθας, Μάρθᾳ, *Martha:* ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies:* φιλία, φιλίας, φιλίᾳ, *amicitia.*

Genitiuus plur. 1

[1] *Varietatem Dialectorum recipit omnino vt genitiuus pluralis primæ. In aliis casibus nulla est varietas, quam ex his, quæ iam dicta sunt, non possis colligere. † Hoc tamen sciendum, multa huius declinationis nomina syllabæ φι vel φιν adiectionem apud poëtas recipere:*

Paragoge syllabæ φι in secunda, tertia & quinta.

quod dū fit, quæ desinunt in α, modò illud retinent, modò Jonico more in η mutant, ut οὐρανία, οὐρανίαφι, Vrania: βία, βίηφι, violentia. quæ verò in η desinunt, nihil mutant: ut εὐνὴ, εὐνῆφι, cubile. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ: sed ex ος & ον, ς & ν priùs abijciuntur: ut στρατὸς, στρατόφι, exercitus: ὀστέον, ὀστέοφι, os, ossis: sic in pronomine αὐτὸς, αὐτόφι, ipse. In quinta quoque declinatione neutra quædam in ος, & fœminina in ων, idem patiuntur: sed in ος, ο priùs vertitur in ε, ut στῆθος, στήθεσφι, pectus: in fœmininis verò in ων, priùs facimus genitiuum in ονος, ac deinde migrante ς in φι, fit nomen poëticum: ut ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, unde κοτυληδόνοφι, acetabulum. Porrò huiusmodi nomina poëtica, sunt indeclinabilia.

Apocope in tribus declinationibus.

Patiuntur præterea hæ tres declinationes apocopen: ut in secunda, † γλῆ, pro γλήνη, puella: in tertia, γλάφυ, pro γλαφυρὸν, antrum: ex κάρηνον verò Atticè fit κάρα, & Jonicè κάρη, caput: in quinta δῶ, pro δῶμα, domus. quod non solùm in nominatiuo, sed per omnes casus singulares huius declinationis fieri solet: ut † τοῦ Αἴαν, τῷ ἱδρῷ, τὸν Ἀπόλλω, pro Αἴαντος, ἱδρῶτι, Ἀπόλλωνα, id est, Aiacis, sudori, Apollinem. Huiusmodi apocope fit potiùs syllabæ quàm unius tantùm literæ. in paucis enim perditur sola litera, ut γάλα, pro γάλαξ, lac: ἄλειφα, pro ἄλειφαρ, unguentum, adeps: sic γλῆ, de quo suprà.

Tertia declinatio. ος ον

1 Tertia declinatio complectitur [1] masculina, fœminina & communia in ος: ὁ λόγος, sermo; ἡ ὁδὸς, via: ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, homo: & neutra in ον, τὸ ξύλον, lignū. vocatiuus in ε. genitiuus, datiuus & accusatiuus, item dualia & pluralia, sequuntur articulum masculinum & neutrum.

Elenchus terminationum tertiæ.

2, 3, 4

S. { ος, [2] ου, ῳ, ον, ε. D. ω, [3] οιν. P. οι, ων, οις, [4] ους, οι.
{ ον, ον, ον. α, α, α.

Exempla.

ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.
ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, τῇ ὁδῷ, τὴν ὁδὸν, ὦ ὁδέ.
ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, &c.
τὸ ξύλον, τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ, τὸ ξύλον, ὦ ξύλον.

Neu-

Neutrorum tres casus similes, nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus: qui in singulari numero varias habent terminationes in quinta declinatione, pluraliter autem semper exeunt in *α*.

Annotatio de nominibus neutris.

[1] *Locus hic exigit, vt de nominum genere aliquid dicamus, quò possis discernere fœminina aut communia in ος, à masculinis. Ac primùm generales quasdam regulas subijciemus, quibus sola significatione genus poterit dignosci, tam in quinta quàm tertia declinatione. in alijs enim hæc generum diuersitas non habet locum, nisi paululum in quarta, vt suo loco dicemus. Cæterùm de adiectiuorum genere nihil in his declinationibus à nobis expectes. Nam in Annotationibus in nomina adiectiua, illorum genus demonstrabitur. Hic itaque tantùm de substantiuis agemus: quæ aut propria sunt, aut appellatiua, & propria quidem virorum, siue deorum, mensium & fluuiorum, sunt masculina: propria verò mulierum siue dearum, vrbium, insularum, nauium & fontium, fœminina. Appellatiua verò, quæ ad solos mares pertinent, masculina sunt, & cognitu facilia: vt ὁ πατὴρ, pater: quæ scilicet munus vel officium marium significant. sic quæ ad solas fœminas pertinent, fœminina sunt, vt ἡ μήτηρ, mater: quæ verò ad vtrumque sexum referuntur, sunt communia, vt ὁ καὶ ἡ παρθένος, virgo mas vel fœmina: ὁ καὶ ἡ θεὸς, deus vel dea: ὁ καὶ ἡ νεβρὸς, hinnulus mas vel fœmina. & sic de alijs, quoties vnica voce vtimur ad significandum vtrumq; sexum: quamuis in quibusdam alia etiam sit vox ad significandam fœminam, vt θεὸς & θεά: per fœminam hic intelligo non solùm mulierem, sed omnium animalium fœmininum sexum. Præterea fœminina sunt arborum nomina: fructuum verò, neutra. Ab his omnibus regulis excipe finita in ον. hæc enim, spreta significatione, semper terminationis genus recipiunt, vt τὸ τέκνον, filius vel filia: τὸ θυγάτριον, filiola. Inueniuntur & alia, præcipuè arborum & fructuum nomina, quæ has regulas non exactè seruant: sed ea magis notanda quàm imitanda. id verò accidit aut licentia poëtica, aut propter quandam dialecti proprietatem.*

De nominum genere regulæ generales.

Genus substantiuorum hîc solùm traditur.

Masculina propria.

Fœminina propria.

Appellatiua masculina, fœminina communia.

Arbores.

Fructus.

Exceptio.

Annotatio de finitis in ον.

Aliæ exceptiones.

tem. Restat nunc vt dicamus de genere substantiuorum in ος huius declinationis tertiæ, quum significatione illud dignosci non potest. Subijciemus itaque ordine alphabetico primùm fœminina: deinde communia, quæ passim legendis authoribus occurrunt. quæ verò hîc non enumerabuntur, masculina censeantur.

FOEMININA.

† αἴγυλος, *abscessus inter nares & maiorem angulum oculorum.*

ἄκατος, *nauis genus.*

ἄμαθος, *arena, puluis.*

ἄμμος, *arena, sabulum.*

ἄμφοδος, *biuiũ, circuitus.*

ἄνοδος, *ascensus, reditus.*

ἄσφαλτος, *bitumen.*

ἀτραπὸς, *siue* ἀτραπιτος, *callis, semita trita.*

αὔλειος, *vestibulum.*

βάτος, *rubus.*

βύβλος, *siue* βίβλος, *papyrus, charta, liber.*

γέρανος, *grus.*

δοκὸς *trabs, tignum.*

δόκος, *consideratio, expectatio: apparentia.*

εἴρεος, *remigatio, seruitus.*

εἴσοδος, *introitus, ingressus.*

ἐπάνοδος, *reditus.*

ἔρημος, *eremus, solitudo.*

ζυγὸς, *iugum libræ.*

ἤπειρος, *& Doricè* ἄπειρος, *continens, id est, terra firma.*

ἵππος, *equitatus, vel equa: pro equo masculinum est.*

κάρδοπος, *mactra.*

κιβωτὸς, *arca.*

λαοφόρος, *via publica, seu regia.*

λεωφόρος, *idem Atticè.*

μέθοδος, *breuis via.*

μίνθος, *stercus humanum.*

νειὸς, *nouale.*

νεὸς, *idem.*

νῆσος, *insula.*

νόσος, *& Ionicè* νοῦσος, *morbus.*

ὄαρος, *uxor: pro confabulatione masculinum est.*

ὁδὸς, *via.*

περίοδος, *circuitio.*

πρόοδος, *progressus.*

ῥάβδος, *virga.*

σήσαμος, *sesamum, frumenti species.*

σορὸς, *loculus, conditorium.*

σποδὸς, *cinis sordibus.*

στρόφος, *tormen, dolor intestinorum.*

τήβεννος, *toga.*

τρίβος, *semita.*

τρίοδος, *triuium.*

προχύ-

τροχήλατος, *locus vbi agitatur rota.*
ψάμαθος, *arena.*
ψάμμος, *arena.*
ψῆφος, *calculus.*
ψίαθος, *storea teges, & ipse scirpus è quo contexitur matta. Suidas Aristophanem & τοὺς ψιάθους masculinè dicere scribit.*

COMMVNIA, SIVE INCERTI aut dubij generis.

† ἄβυσσος, *abyssus.*
βάδος, *iter, gressus.*
βρίνθος, *anas auis.*
κάμινος, *fornax.*
κάπετος, *fossa.*
κλῆρος, *sors.*
κόπρος, *fimus.*
λιμὸς, *fames: Atticè* ὁ, *Doricè* ἡ.
μήρινθος, *funiculus.*
ῥάμνος, *rhamnus, virgultum spinosum.*
ῥάφανος, *raphanus.*
ῥινὸς, *pellis scutum.*
σορὸς, *loculus, conditorium.*
στάμνος, *vrna, calathus.*
στρατὸς, *exercitus.*
συνοδὸς, *comes.*
ὕαλος, *& Atticè* ὕελος, *vitrum.*
χηλὸς, *arca, loculus.*
χιλὸς, *pabulum.*
ψάμαθος, *arena.*

Inuenientur fortè quædam alia fœminina communiáue, quàm quæ hic enumerantur: sed certè paucissima, eaq; præcipuè aut nomina herbarum, aut animalium: vt † ἡ φλόμος, *siue* ἡ φλόνος, *verbascum herba:* ἡ φόνος, *atractylis, fusus agrestis: sic* ἡ ἄμπελος, *vitis, cum suis compositis: vt* ἡ ἀγριάμπελος, *siue per syncopen* ἀγρίαμπλος, *labrusca, vitis agrestis: sic* ὁ *vel* ἡ γλάνος, *glanus fera, quæ & hyæna. quæ omnia recensere noluimus, quòd maxima ex parte nimis essent incerta, neq; illa fœmininis epithetis iuncta legissemus. Sunt enim parum vsitata. Inuenientur rursus quædam huc congesta, quæ in lexicis alterius generis esse deprehendentur. Verum illis hac in re non est omnino fides adhibenda. Nam sunt plerunq; deprauata. Idem iudicato in nominibus quintæ, quæ suo loco eodem modo enumerabimus. Porrò genere variantia quære inter Heteroclita.* [2] *Atticè, Ion. & Thessalicè* οιο: *Dor.* ω. [3] *Ion.* οιιν. [4] *Doricè* ως *&* ος.

Herbæ.

Animala.

Genitiuus sing.
2 *Genit. dual.*
3,4 *Accus. plur.*

Quarta declinatio. *ως* *ων*

1 Quarta declinatio [1] Atticorum est propria, vertentium vocales præcedentis declinationis in ω: alioqui genere consentit. nam continet masculina, fœminina & communia in ως: ὁ Μενέλεως, Menelaus: ἡ ἅλως, area: ὁ καὶ ἡ εὔγεως, fertilis: & 2 neutra in ων, τὸ εὔγεων, fertile. Omnes casus [2] desinunt in ω: vertitur enim ο in ω, οι in ῳ subscribendo iota, ου in ω abiecto υ. Neutrorum quoq; α migrat in ω: hoc modo:

Elenchus terminationum quartæ.

3 S. { ως,[3] / ων, } ω, ῳ, } ων,[4]: ως, / ων, ων, { D. ω. ῳν.

4 P. { ῳ, / ω. { ων, ῳς, { ως, ῳ. / ω, ῳ.

Exempla.

ὁ Μενέλεως, τοῦ Μενέλεω, τῷ Μενέλεῳ, τὸν Μενέλεων, ὦ Μενέλεως.

ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ, τὴν ἅλων, ὦ ἅλως.

ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τοῦ καὶ τῆς εὔγεω, τῷ καὶ τῇ εὔγεῳ.

τὸ εὔγεων, τοῦ εὔγεω, τῷ εὔγεῳ, τὸ εὔγεων.

Declinationes parisyllabicæ.

Quatuor prædictæ declinationes appellantur Parisyllabicæ, quòd obliqui sint nominatiuo pares syllabis.

Atticorum declinatio in quib. nominibus recepta sit ab iis qui communi lingua scripserunt.

1 [1] *Hæc Atticorum declinatio à communibus in quibusdam tantùm nominibus est recepta: nempe in iis quæ hîc & in annotationibus in declinationes simplices à* CLENARDO *recensentur, atq; in his quæ sequuntur:*

† ἄνεως, ὁ, ἡ, *mutus.*

γάλως καὶ γαλόως ἡ, *glos, soror viri.*

ἵλεως, ὁ, ἡ, *propitius: vnde ἀνίλεως, ὁ, ἡ, inclemens.*

κάλως, ὁ *funis, rudens.*

ὀρφώς, ὁ, *orphus, genus piscis.*

e πλέως, ὁ, ἡ, *plenus: vnde ὁ καὶ ἡ ἀνάπλεως, ἔκπλεως, ὑπόπλεως, idem quod πλέως.*

† σῶς ὁ ἡ, *saluus integer.*

χρέως, τὸ, *pro* χρέος, *debitum: vnde ὁ ὑπόχρεως, debitor: & ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως, fide dignus.*

His adde quædam composita à γέα siue γαῖα terra: quæ penultimam corripiunt, vt alia huius declinationis omnia; veluti

ἀνώγεων, τὸ, *cœnaculum: quasi ἄνω τῆς γῆς ὄν, supra terram*

terram existens, siue à solo subductum. erant enim cœnacula in superiori ædium parte. in tertia dicemus ἀνώγαιον *per diphthongum* αι*: sed quarta in his magis recepta est.*

βαθύγεως, ὁ, ἡ, profundam terram habens.

λυπρόγεως, ὁ, ἡ, macram habens terram.

— *Sic quædam composita à* κρέας, caro, *&* κέρας, cornu: *vt*

ἀπόκρεως, ὁ, carnispriuium.

δίκερως, ὁ, ἡ, bicornis.

εὔκερως, ὁ, ἡ, pulchra habens cornua.

πολύκερως, ὁ, ἡ, multicornis.

Sunt & alia in ως, *quæ per quartam vel quintam declinationem flectuntur: de quibus vide tractatum Heteroclitorum. Sunt præterea multa propria, quorum Attica declinatio est in vsu: præcipuè verò quæ communiter desinerent in* αος, *vel* εος, *vt* Μενέλεως, Ἀνδρόγεως, *pro* Μενέλαος, Ἀνδρόγεος: *& monosyllaba circumflexa, vt* Κῶς, Cos *insula.* [2] *Id est, habent in vltima syllaba* ω. 2 [3] *Poeticè* ωο, *vel* ῳο, *puncto subscripto, ab Ionico tertiæ* οιο. 3 [4] *Vocatiuus est similis nominatiuo, more Attico, vt dictum est in prima declinatione.* 4

Finita in ως *quartæ vel quintæ.*

αος *&* εος.

Monosyllaba circumflexa.

Genitiuus sing.

Vocat. sing.

Quinta declinatio imparisyllabica complectitur [1] omnia genera, & terminationes plurimas. 1 Genitiuus nominatiuum superat, exiens in ος, datiuus in ι, accusatiuus in α: vocatiuus [2] sæpe idem 2 cum nominatiuo. Dualis nominatiuus ε, genitiuus οιν. Pluralis nominatiuus ες, genitiuus ων, datiuus σι, accusatiuus ας. At neutrorum plurale in α.

Quinta declinatio.

S. { Nom. varius, ος, ι, α, Voc. var. Dual. ε, οιν.
Plur. ες, ων, σι, ας, ες.
α α, α. }

Elenchus terminationum quintæ.

S. ὁ Τιτὰν, τοῦ Τιτᾶνος, τῷ Τιτᾶνι, τὸν Τιτᾶνα, ὦ Τιτάν.
D. τὼ Τιτᾶνε, τοῖν Τιτάνοιν, ὦ Τιτᾶνε.
P. οἱ Τιτᾶνες, τῶν Τιτάνων, τοῖς Τιτᾶσι, τοὺς Τιτᾶνας, ὦ Τιτᾶνες, Titan.

[1] *Quomodo hæc genera significatione dignoscantur, satis abundè diximus, quum de tertia declinatione ageremus. ea verò quæ authoritate solùm vel terminatione percipi*

Genera.

percipi possunt, in sequentibus indicabimus, singulas terminationes eo ordine, quo ab Authore dispositæ sunt, discutientes, ac vnicuique illarum suum genus assignantes. Quamuis autem hæ terminationes variæ sint ac multiplices, possunt tamen ad nouem reduci; quatuor scilicet vocales, α, ι, υ, ω, & quinque consonantes, ν, ξ, ρ, ς, ψ. nam nullum nomen Græcum desinit in ε, ο, ζ, λ, μ, aut in aliquam mutam; exceptis Barbaris aut Hebræis, vt ἴεμψαλ, Hiempsal: ἀδὰμ, Adam, *&c. quæ tamen reduci possent ad declinationem Græcam, nempe ad tertiam, & finirentur in* ος, ἱέμψαλος, (*vel* ἱέμψας, *vt* ἀννίβας, ἀσδρύβας) ἄδαμος, *&c. Porrò finita in* ν *non reperiuntur in quinta declinatione; sed omnia sunt secundæ.*

Terminationes quintæ, nouem, α, ι, υ, ω: ν, ξ, ρ, ς, ψ.

2 *[2] Circa finem huius declinationis indicabuntur ea nomina quæ vocatiuum nominatiuo similem non habent. ibi etiam agetur pluribus de accusatiuo singulari, & datiuo plurali.*

Vocatiuus.

TERMINATIONES
quintæ declinationis.

Genitiuus quintæ. α, ατος.

1 *[1] Finita in* α, *formant genitiuum in* ατος: τὸ βῆμα, τοῦ βήματος, altare, tribunal, suggestum.

Annotatio.

2 *[2] Nomina literarum, sunt indeclinabilia,* τὸ ἄλφα, βῆτα, δέλτα.

ι, ιτος.

3 ι, ιτος, *[3] vnum substantiuum,* τὸ μέλι, μέλιτος, mel. *Adiectiua neutra, communium legem seruant:* ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι εὐχάριτος, gratiosus, a, um: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος, patriæ studiosus, a, um. *sic etiam* τὸ τὶ, τινὸς, aliquod, vel aliquid: *vt commune* ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς, aliquis, aliqua.

Adiectiua in ι.

ι, ιος.

3.4 ι, *[3]* ιος: τὸ σίνηπι, σινήπιος, sinapi: *de quo [4] alias.*

υ, υος.

5 υ, *[5]* υος: τὸ γόνυ, γόνυος, genu, geniculum.

υ, εος.

5 υ, *[5]* εος: τὸ ἄστυ, ἄστεος, vrbs: τὸ πῶϋ πώεος, grex ouium, ouile. *Sic neutra masculinorum in* υς: ὁ ἡδὺς, τὸ ἡδὺ, ἡδέος, iucundus, um, suauis & suaue.

Adiectiua neutra in υ.

ώ, όος.

6 ώ, όος: ἡ Λητώ, Λητόος, Latona, *[6] est declinationis contractorum.*

Finita in α, ι, υ, *neutra sunt, in* ω *fæmin.*

1 *[1] Finita in* α, ι, *vel* υ, *omnia sunt neutra absque vlla*
2 *exceptione. Sic finita in* ω, *omnia sunt fæminina. [2] De finitis*

finitis in α videtur author tantùm intellexisse, non autem in genere de omnibus literarum nominibus: quamuis locum quoque habeat in reliquis, exceptis quatuor, quarum nomen adiectiuo indicatur; nempe ε ψιλὸν, υ ψιλὸν, ο μικρὸν, ω μέγα: quæ declinantur more adiectiuorum ψιλὸν, μικρὸν, & μέγα, quod facit in genitiuo μεγάλου, vt habes in tractatu Heteroclitorum circa finem. olim tamen harum vocalium nomina erant, ε, υ, ο, ω, vt Latinarum, e, i, o: verùm postea his addita sunt epitheta ad indicandum aliquod discrimen, vt ε vocatum sit ψιλὸν, id est paruum *vel* tenue, *ad differentiam η vocalis longæ, quæ vt e ferme proferebatur: veluti diximus pag. 2, versu 37. sic υ dictum fuit ψιλὸν ad differentiam diphthongi ου. olim enim (vt loco citato attigimus) υ & ου proferebantur vt u Latinum; υ quidem, vt u hodie pronuntiatur à Gallis: ου verò, vt u sonat hodie Italis. Cæterùm ο & ω, quæ eodem ferme modo proferebantur, varia epitheta sortita sunt iuxta quantitatis differentiam: ο quidem μικρὸν, id est* paruum, *dictum est, quia breuem facit syllabam: ω verò μέγα, id est* magnum, *quòd sua natura syllabam producat.*[3] Rectè *dicit,* vnum. *nam ea quæ faci-* 3 *unt ιος, vt σίνηπι, barbara sunt, & non propriè Græca. Inueniuntur tamen composita è μέλι, quæ etiam faciunt ιτος, vt οἰνόμελι,* vinum mulsum : ὀξύμελι , acetum mulsum : ὑδρόμελι, aqua mulsa. [4] *In secunda declina-* 4 *tione contractorum.* [5] *Proponuntur ab authore in hac de-* 5 *clinatione multæ nominatiui terminationes, quarum singulæ varias genitiui formas recipiunt, vt υ, υος vel ιος: de quibus quidam Grammatici prolixè tractarunt: nos tamen hæc curiosè persequi noluimus, quòd & nimis longum esset, & quia in multis id fieri non possit, nisi adducatur syllabaria vocalium ancipitum quantitas, aut accentuum ratio, aut generum notio: quæ multò minùs nota sunt, quàm ea propter quæ declaranda adducuntur. Quod quamuis Grammatici vulgò factitare soleant, ego semper ridiculum existimaui: cùm omnis disciplina à facilioribus & magis notis ad obscuriora & minùs nota progredi debeat. Quare nominum quorundam genus & accentum, vocaliúmque ancipitum quantitatem, potiùs*

Nomina literarum quatuor declinabilia: & quare declinentur.

ε, η.

υ, ου.

ο, ω.

Substantiua in ι, barbara sunt, præter μέλι cum compositis.

De diuersitate terminationum genitiui certæ regulæ vbique tradi non possunt, nisi velimus per se satis nota per minùs nota explicare.

per

per genitiui terminationes (quæ per se satis notæ sunt, si quis nonnullum huius linguæ vsum, authorum lectione sibi compararit) quàm contrà genitiui terminationes per illa, quæ multò sunt difficiliora, censeo esse explicanda. velim tamen interdum, si commodè id fieri possit, & cum aliquo lectorum emolumento, adduci dictionum genus, accentum, & quantitatem, ad designandam quandam terminationum notitiam: vt si hoc loco dicam, Substantiua in υ, penultimam corripientia, faciunt υος: quæ verò penultimam producunt, faciunt εος, cum omnibus adiectiuis. hac quidem regula non poteris facilè cognoscere quare τὸ δάκρυ, id est lacryma, potiùs faciat δάκρυος, quàm δάκρεος: cùm penultimæ quantitas non sit cuiuis cognitu facilis: in δόρυ verò, id est hasta, quiuis cognoscet penultimam esse breuem, cùm sit ο μικρὸν: quare statim dicet τοῦ δόρυος. Itaque hæc regula non fuerit omnino inutilis, sed non satis certa. Hanc verò inutilem prorsus indicauerim, Finita in ας acutitona, άδος in genitiuo faciunt: quia nullo modo potes scire quæ finita in ας vltimam acuant, nisi ex genitiui terminatione. cogeris enim in Accentuum tractatu conuersam hanc regulam audire, hoc modo: Finita in ας, facientia in genitiuo άδος, vltimam acuunt. Ex quibus regulis nihil certi potes colligere. Itaque, velis nolis, ad vsum alterutrius recurras necesse fuerit. Faciliùs verò vsus te docebit quæ nomina in ας, άδος faciant, (vnde acutitona esse concludes) quàm nosse quæ in ας acutitona sint, vt inde inferas, declinari per άδος. Vides igitur esse multa vsu percipienda, nec posse omnia (nisi ridiculi sæpenumero velimus esse) regulis comprehendi. Quare ne mireris, si interdum ad huiusmodi varium eiusdem terminationis genitiuum indicandum regulis certis vtamur, interdum verò nihil certi præcipiamus: ne scilicet facilia per difficilia, & per tenebras lucem videamur indicare. [6] Vide quartam declinationem nominum contractorum.

Regula de finitis in υ non omnino inutilis.

Regula de finitis in ας, prorsus inutilis.

Vsu multa percipienda.

6

αν, ανος.

αν, ανος: ὁ παιὰν, παιᾶνος, pæan, genus cantilenæ in laudem Apollinis: ὁ Πὰν, Πανὸς, Pan deus pastorum: τὸ μέλαν, μέλανος, nigrum, atramentum.

αν, αντος.

αν, αντος, participia sunt: τὸ τύψαν, τύψαντος, verberans,

berans, vel quod verberauit. *Sic adiectiuum* τὸ πᾶν, παντὸς, omne, *more masculini* πᾶς, παντὸς, omnis.

Annotatio de finitis in αν.

Duo hîc notanda: primum, Omnia substantiua in αν, *esse masculina: adiectiua verò siue participia (vt suo quoque dicetur loco) esse neutra: deinde, Participia in* αν, *& adiectiuum* πᾶν, *facere in genitiuo* αντος: *reliqua verò omnia* ανος. *Porrò huiusmodi participia sunt aut aoristi primi vocis actiuæ quorumcumque verborum; aut præsentis vel aoristi secundi eiusdem vocis, secundæ coniugationis verborum in* μι.

Participia in αν vbi inueniantur.

εν, ενος: τὸ τέρεν, τέρενος, tenerum.

εν, ενος.

εν, εντος: τὸ χαρίεν, χαρίεντος, gratiosum, *vt masculinum* χαρίεις, gratiosus. *sic participia,* ὁ τυφθεὶς, τὸ τυφθὲν, verberatus, verberatum.

εν, εντος.

Obseruabis hîc, omnia in εν *esse neutra, atque adiectiua vel participia: & quæ sunt ab* ην, *facere* ενος, *reliqua* εντος. *Cæterùm hæc participia sunt vel alterius aoristi passiui; vel præsentis aut aoristi secundi vocis actiuæ verborum primæ coniugationis in* μι.

Notio de finitis in εν.

Participia in εν, vbi inueniantur.

ην, ηνος: ὁ ἕλλην, ἕλληνος, Græcus: ἡ σειρὴν σειρῆνος, siren apis seu volucris insecti genus, & Siren fabulosarum mulierum vna.

ην, ηνος.

ην, ενος: ὁ ποιμὴν ποιμένος, pastor: ἡ φρενὸς, mens: † ὁ καὶ ἡ τέρην, τέρενος, tener, tenera: *cuius neutrum* τὸ τέρεν, τέρενος, tenerum.

ην, ενος.

Regulæ de ην.

Disyllaba in μην, *& adiectiua quæcunque in* ην, *cum his substantiuis* ὁ ἀδὴν, glandula siue globosus sub cute tumor: ὁ ἀζὴν, barba: ὁ αὐχὴν, ceruix: ὁ εἴρην, adolescens: *&* ἡ φρὴν, *faciunt* ενος: *reliqua* ηνος: *atque hæc, quæ* ηνος *faciunt, fœminina sunt, præter* ὁ κηφὴν, fucus, vespa sterilis: ὁ σφὴν, cuneus: ὁ σωλὴν, canalis, tubus: *atque* ὁ καὶ ἡ χὴν anser. *nam alia masculina, significatione dignoscuntur, vt* ὁ ἕλλην, *cum compositis. Quæ autem per* ενος *flectuntur, masculina sunt, præter* ἡ φρὴν, *& adiectiua, de quibus suo loco.*

ενος.

ηνος.

Fœminina.

Masculina.

ιν, ινος: ὁ δελφὶν, δελφῖνος, delphin piscis: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος, radius: *cuiusmodi nominatiuus etiam per* ις, δελφὶς, ἀκτίς.

ιν, ινος.

ιν, vel ις.

Composita, † Masculina sunt, atque hæc tria, ὁ θὶν, litus

Masculina.

litus vel aceruus: ὁ ἰκτὶν, miluus: ἴν, genus mensuræ: *quum verò significat fibram, aut vim, est fœminini. reliqua simplicia, fœminina.* δελφὶν *verò quamuis ab authore veluti masculinum ponatur, ab alijs tamen commune dicitur,* ὁ καὶ ἡ δελφίν.

Fœminina.

ον, ονος.

ον, ονος: τὸ μεῖζον, μείζονος, maius, *à communibus in* ων.

ον, οντος.

ον, οντος, *participia sunt:* τὸ τύπτον, τύπτοντος, verberans.

ουν, οδος.

ουν, οδος: τὸ δίπουν, δίποδος, *vt commune* δίπους, bipes.

ουν, οῦντος.

ουν, οῦντος, *participia sunt:* τὸ τυποῦν, τυποῦντος, verberaturum.

ον & ουν. neutr.
οδος, ονος.
οντος, οῦντος.
Participia in ον.
Participia in οῦν.

Omnia in ον & ουν, *neutra sunt, atque vel adiectiua à communibus in* ων & ους: *vel participia. & in adiectiuis quidem,* ον *facit* ονος, & ουν, οδος: *in participijs verò,* ον, οντος, & οῦν, οῦντος. *Cæterùm participia in* ον, *sunt vel præsentis, vel aoristi secundi, vel futuri primi barytonorum vocis actiuæ; aut præsentis secundiue aoristi eiusdem vocis verborum tertiæ coniugationis in* μι: *finita verò in* οῦν, *sunt & ipsa vocis actiuæ, sed vel futuri secundi in qualibet coniugatione, vel primi in quinta, vel præsentis in prima & tertia verborum circumflexorum. Reperiuntur etiam adiectiua neutra in* οῦν, *contracta ex puris in* όεν: *quorum masculina in* οῦς, *contracta sunt ex* όεις. *hæc eandem cum participijs flexionem habent: vt* ῥοδοῦν, μελιτοῦν.

υν, υνος.
υν, vel υς.

υν, υνος: ἡ μόσυν, μόσυνος, turris vel domus lignea: ἡ Γόρτυν, Gortyn, ciuitas Cretæ: *quorum nominatiuus etiam in* υς *desinit:* ὁ Φόρκυν, *vel* [1] Φόρκυς, Phorcys, Neptuni filius & Medusæ pater.

ύν, ύντος.

ύν, ύντος, *participia sunt:* τὸ ζευγνύν, ζευγνύντος, iungens.

υνος.
Masculina.
Participia in ύν.

Finita in υν, *omnia faciunt* υνος, *nisi sint participia: sunt quoque omnia masculina, nisi significatio impediat (vt in* Γόρτυν, *quia est proprium vrbis) aut participia fuerint: quæ neutra sunt, atque præsentis temporis vocis actiuæ, quartæ coniugationis verborum in* μι.

[1] *Hoc etiam declinatur per* υος, τοῦ Φόρκυος. *vel Doricè* ὁ Φόρκυς, τοῦ Φόρκυς, τῷ Φόρκυ, *ablato* ς, *vt multa alia, de quibus in*

Annota-

Annotationibus in declinationes simplices.

ων, ωνος: ὁ κλὼν, κλωνὸς, ramus: ὁ αἰὼν, αἰῶνος, æuum: ὁ Πλάτων, Πλάτωνος, Plato: ἡ μήκων, papauer: † ἡ Σιδὼν, Sidon, vrbs Phœniciæ. ων, ωνος.

ων, ονος: ὁ πρίων, πρίονος, serra: ἡ χελιδόνος, hirundo. *& communia,* ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, εὐδαίμονος, felix: *& ita comparatiua,* ὁ καὶ ἡ κρείσσων, κρείσσονος, melior: *quorum neutra in* ον, τὸ εὔδαιμον, εὐδαίμονος, felix, beatum: τὸ κρεῖσσον, κρείσσονος, melius. ων, ονος.

ων, ῶντος: ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος, Xenophon. ῶν, ῶντος.

ων, οντος: δράκων, δράκοντος, draco: *& participia,* ὁ τύπτων, τύπτοντος, verberans. ων, οντος.

Nomina in ων, *quorum genus significatione dignosci non potest, masculina sunt, præter sequentia fœminina,* *In* ων *masc.* *Fœminina.*

† ἀκροχορδὼν, verruca.	σηπεδὼν, putredo.
ἅλων, area.	σιαγὼν, maxilla.
βοὼν, custodia *apud Alexandreos.*	σινδὼν, linteum.
εἰκὼν, imago.	τηκεδὼν, tabes.
ἠϊὼν, litus.	τρήρων, columba.
ληθεδὼν obliuio.	τρυγὼν, turtur.
μελεδὼν, cura: *at pro curatore, custode seu præfecto, masculinum est vel commune.*	χελιδὼν, hirundo.
	χθὼν, terra, solum.
	χιὼν, nix.
	His adde omnia finita in ηδών.

In ηδὼν *fœm.*

Nunc de genitiui varietate, si non omnia, tamen aliquid dicamus: quamuis & hoc vsu potiùs quàm preceptis discere præstabat. nihil enim certi de his potest precipi, nisi (vt antea dixi) per se satis nota per difficillima velimus explicare. Faciunt igitur ωνος *per* ω μέγα *omnia ferè substantiua masculina, & fœminina vrbium, quæ non desinunt in* ηδών. *Nam omnia finita in* ηδὼν, *atque adiectiua, & substantiua fœminina, faciunt* ονος *per* ο μικρόν. *Ex adiectiuis excipe* αἴθων, ardens: *&* εἴρων, cauillator, dissimulator, nō vera dicens: *itemq́ composita ab* αἰὼν, χιτὼν, *& similibus: ex fœmininis verò* ἅλων, βοὼν, μελεδὼν, μήκων, τρήρων: *quæ faciūt* ωνος *per* ω μέγα. *Porrò pauca sunt quæ faciant* ῶντος *per* ω μέγα: *eaq; omnia sunt masculina, & maxima ex parte propria virorū circumflexa,*

Genitiuus. ωνος. ονος. *Exceptio.* ωνος. ῶντος.

ontis. ουλος. *circumflexa, quæ à Latinis per* ontis *declinantur: vt Xenophon, Xenophontis: sic Demophoon, &c. In* ουλος *verò per* ο μικρὸν *facientia, vix alia inuenias appellatiua quàm hæc quatuor,* δράκων, λέων, γέρων, θεράπων, draco, leo, senex, famulus: *& participia actiuæ vocis in* ων *non habentia circumflexum: quæ sunt vel præsentis temporis, vel futuri primi, vel aoristi secundi: priora duo genera barytona, posterius oxytonon. quæ verò accentu circumflexo notantur & habent neutrum in* οῦν, *(quæ enumerauimus quum de* ουν *ageremus, 36, 33,) ea* οῦντος *faciunt. de illis autem nullam mentionem fecit hoc loco* CLENARDVS. *At quorum neutrum similiter in* ῶν *per* ω μέγα *circumflexum desinit, per* ῶντος *flectuntur, &* ω μέγα *seruant: suntq́; præsentis temporis vocis actiuæ, secundæ coniugationis verborum circumflexorum. Id autem accidit propter crasim, quæ fit ex* α *&* ο *in* ω, *vt suo videbimus loco.*

Participia in ων.

ουντος. ῶντος.

ξ *in* κος. γος. χος.

ξ, *in* κος, γος, χος: ὁ θώραξ, θώρακος, pectus, thorax: ἡ κύλιξ, κύλικος, calix: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, rapax: ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, vulpes, *mutat* η *in* ε: ἡ θρὶξ, τριχὸς, capillus, I *pro aspirata sumit tenuem,* τ *pro* θ.

ξ κτος.

ὁ ἄναξ, ἄνακτος, rex: ἡ νὺξ, νυκτὸς, nox, *interiecto* τ.

Genus finitorum in ξ

Finita in ξ, *masculina sunt, aut fœminina, aut communia; neutra verò nunquam. & fœminina quidem pauca sunt, at communia paucissima, si cum infinita masculinorum multitudine conferantur. Itaque fœminina & communia siue incerta, quorum genus significatione cognosci non potest, hîc enumerabimus: reliqua verò intelligentur masculina. Hæc igitur sunt fœminina,*

Masculina. *Fœminina.*

ἀλώπηξ, vulpes.
ἄντυξ, γος, ambitus, orbis.
αὖλαξ, sulcus.
θρίδαξ, lactuca.
κλίμαξ, scala, seu, scalæ.
κύλιξ, calix.
κλῶμαξ, cliuus arduus.
κρὲξ, capillus, & crex auis.
λάρναξ, vrna, arca.
μάσταξ, mandibula, buccea, brucus: at μύσταξ, barba superioris labri, *mascul.*
μάστιξ, γος, flagellum.
ὁ & ἡ ὄμφαξ, vua acerba & immatura.
ὄρτυξ, γος, vrax auis.
πήληξ, galea, cassis: at

πήλυξ *Hesychio* fissura.

ὁ & ἡ πῖδαξ, fons, scaturigo.

πνὺξ, consilij locus apud Athenienses.

πτέρυξ, γος, ala.

πτὺξ, χὸς, plica.

σμώδιξ, *siue* σμώδιγξ, *vibex, liuor tumórve ex percussione.*

ὁ & ἡ στύραξ, styrax, *odoris genus: pro hastæ annulo masculinum est.*

τέτριξ, tetrix auis.

τρὺξ, γὸς fæx.

ὁ & ἡ ὕστριξ, hysthrix, *herinacij species.*

Φάλαγξ, γος, phalanx, *ordo militaris, & internodium in digitis.*

Φάραγξ, γος, vallis.

Φοῖξ, phoix auis.

χάραξ, vallus, palus: *at* ὁ χάραξ, vallum.

χοῖνιξ, chœnix, se modius.

His adde finita in ιγξ, & monosyllaba non desinentia in αξ.

Excipiuntur tamen sequentia masculina, *Masculina.*

βλὰξ, stolidus.

δὴξ, vermis lignum corrodens.

ἶξ, vermis vitium.

πρὼξ, hinnulus, dama.

σφὴξ, vespa.

τρὼξ, γὸς, vermis leguminum.

Et sequentia communia, *Communia.*

αἶξ, αἰγὸς, capra.

βὴξ, βηχὸς, tussis.

ῥὰξ *seu* ῥὼξ, γὸς, acinus vuæ.

Præter hæc, communia sunt,

ἄμπυξ, reticulum muliebre.

ἕλιξ, vitium capreolus.

πέρδιξ, perdix auis.

σκύλαξ, catulus.

φάρυγξ, γος, guttur, faux.

Genitiuus. *Vsus te docebit, quæ declinentur per* κος, *& quæ per* γος, *aut* χος: *scito tamen multo maiorem esse numerum eorum quæ* κος *faciunt, quàm quæ* γος *aut* χος: *rursus, plura per* γος *quàm per* χος *declinari. nam paucissima sunt quæ habeant* χ *in obliquis: nempe finita in* ονυξ, ωνυξ, *&* ωρυξ, *cum quibusdam alijs.* (χος.) *In* γος *verò faciunt finita in* πληξ, *& quæ ante* ξ *habent* γ, *& superbisyllaba in* υξ. (γος.) *modò habeant* α *in penultima, & quæ habent in penultima* ο μικρὸν, *modò nõ desinãt in* ονυξ, *& quæ fiunt à verbis*

Composita.

in γω, σσω, & ζω, & fœminina in υξ, cum compositis: composita enim simplicium formam sequuntur. Reliqua verò, præsertim fœminina, & disyllaba communia, quæ superiùs enumerauimus, habent κ in obliquis, præter μάστιξ,

κος.

τέττιξ, & finita in γξ, quæ habent γ. Horum omnium exempla tibi passim legendis authoribus occurrent. [1] *Hoc*
1 *fit propter aliam aspiratam χ aduenientem: in datiuo verò plurali rursus assumit θ, ταῖς θριξί. non enim sequitur aspirata χ, sed ξ, vt in nominatiuo: sic ὕσθριξ ὕστριχος: at ὕστριγγος ab ὕστριγξ, sicut ὕσπληγξ.*

αρ, αρος.

αρ, αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, beatus: ἡ δάμαρ, vxor: τὸ νέκταρ, nectar, cibus vel (vt alij volunt) potus deorum.

αρ, ατος.

αρ, ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, iecur, hepar: τὸ δέλεαρ, δελέατος, esca, ad capiendum illecebra.

ατος.

Superbisyllaba in αρ, faciunt ατος. idem accidit disyllabis quorum penultima est η aut diphthongus: quibus adde στέαρ, adeps: φρέαρ, puteus: *poëticè* στῖαρ, φρεῖαρ. *quorum autem penultima est ω, indeclinabilia sunt, vt* ὁ μῶμαρ, stultus: *sic* τὸ ὄναρ, somnium, *quamuis penultima sit ο μικρόν. Reliqua, quæ hac regula non comprehenduntur, faciunt* αρος. *Porrò declinata per* ατος, *neutra sunt omnia: sic flexa per* αρος, *paucis exceptis, quorum genus sola significatione cognoscitur.*

Indeclinabilia in αρ.

αρος.

Neutra.

ειρ, ειρος.

ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, pedunculus: ἡ χεὶρ, manus: † ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ, pollex.

Communia.

Multa componuntur ex χεὶρ, *quæ omnia sunt communia:* χεὶρ, *verò variat & genere, & genitiui terminatione: vt videbis in Heteroclitorum tractatu. Reliqua in* ειρ, *masculina sunt: sed pauca inueniuntur.*

Masculina.

ηρ, ηρος.

ηρ, ηρος: ὁ Σὴρ, Σηρὸς, Ser, populus, & vermis nens sericum: λυτὴρ, λυτῆρος, peluis: τὸ κῆρ, κηρος, cor.

ηρ, ερος.

ηρ, ερος: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, æther, id est, ignis ele-
1 mentum. [1] *in multis verò syncope:* ὁ πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, pater: ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, mater: *sic compositum* Δημήτηρ, Ceres: *item* θυγάτηρ, filia: γαστὴρ,
2 venter. *at* ὁ ἀνὴρ, vir, ἀνέρος, ἀνδρὸς, [2] *assumit* δ.

Fœminina.

Fœminina in ηρ, *nulla sunt, quæ significatione cognosci non possint, præter* γαστὴρ, κὴρ sors. *Neutra verò duo tantùm,*

Neutra. Masculina. ηρ, εος. Aeolismus. ηρ, ηρος. De syncopen passis notio.

tùm, ἦρ ver, & κῆρ cor: quæ circumflectuntur, quia fiunt ex ἔαρ, & κέαρ per crasim. Alia in ηρ, masculina sunt. Pauca sunt quæ flectantur per εος, nempe quæ à CLENARDO recensentur, atque ἀστὴρ, astrum: Πίηρ, Pier, gentile: & φρέατηρ, tribulis: (pro quo vsitatiùs dicimus φράτωρ, φράτορος) ὁ ἀὴρ, aër, Aeolicè inuenitur ἡ ἀήρ: sic ἡ αἰθὴρ, έρος, apud Homerum & cæteros poëtas. Cætera in ηρ, faciunt ηρος. [1] Huiusmodi syncope habet tantùm locum in ijs quæ author enumerat. Notandum autem, concisos casus ab oratoribus magis recipi, præter θυγατέρα. nam θύγατρα soli vsurpant poetæ, qui metri gratia indifferenter vtuntur concisis vel integris, duob. exceptis, de quibus fiet mentio in Annotationibus in declinationes simplices. [2] Nunquam enim in eadem dictione υ ponitur ante ρ, vt diximus 8, 19; & 12, 18.

ορ, ορος.

ορ, ορος: τὸ ἦτορ, ἤτορος, cor, animus: & inde compositum, ὁ μεγαλήτωρ, μεγαλήτορος, magnanimus.

υρ, υρος.

υρ, υρος: ὁ ψίθυρ, ψίθυρος, susurro: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, testis: & neutrum τὸ πῦρ, πυρὸς, ignis.

ορ neutra. υρ masculina. Finita in υρ exoleta. υρος vel υς, pro υρ.

Finita in ορ, & υρ, paucissima sunt: & illa quidem neutra, hæc verò masculina, præter μάρτυρ & πῦρ; quæ ponuntur in contextu. atque hæc in υρ, antiqua sunt, & penè exoleta, præter πῦρ: vtimur autem illorum loco finitis in ος tertiæ declinationis, vt ψίθυρος, ου, & μάρτυρος, ου, quod & μάρτυς, υος.

ωρ, ωρος.

ωρ, ωρος: ὁ φὼρ, φωρὸς, fur: ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος, aquosa humiditas, vel sanies tenuior: τὸ ἔλωρ, ἔλωρος, captura, præda: τὸ τέκμωρ, τέκμωρος, signum, finis.

ωρ, ορος.

ωρ, ορος: ὁ Νέστωρ, Νέστορος, Nestor: ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος, Hector: ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, carens patre: ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ, carens matre: πανδαμάτωρ, omnia domans, vel omnidomans. τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, aqua, [1] heteroclitum est.

ωρος. ορος.

Monosyllaba in ωρ, & polysyllaba in λωρ, atque ἰχὼρ & τέκμωρ, seruant ω μέγα in obliquis: alia mutant in ο μικρόν. Cæterùm neutra in ωρ pauca sunt: nempe quæ ab authoritate afferuntur, & τὸ ἔλδωρ, siue ἐέλδωρ, desiderium. at τὸ σκῶρ, τοῦ σκατὸς, stercus, heteroclitum, vt τὸ ὕδωρ. Communia verò sunt multa, quæ significatione

Communia.

facilè dignoſcuntur, quæ ſcilicet vtrique ſexui conueniunt : quamuis rarò fœmininis adiectiuis aut articulis iuncta inueniantur. Reliqua in ωρ, *maſculina ſunt: nulla verò fœminina tantùm, præter* ἡ ἄωρ, coniux, *&*

1 ἡ ἀλέκτωρ, lecti iugalis expers virgo. [1] *Vide Heteroclita.*

Maſculina.

1 ας, αντος: ὁ Αἴας, Αἴαντος, Aiax: ὁ πᾶς, τοῦ παντὸς omnis cunctus: ἡ πᾶσα, τῆς πάσης, cuncta: τὸ πᾶν, τοῦ παντὸς, cunctum: *ſic* ἅπας, omnis: σύμπας, vniuerſus, omnis. *Duo in* αιος: ὁ μέλας, niger: τάλας, miſer: μέλανος, τάλανος: *quorum fœminina* ἡ μέλαινα, τάλαινα: *neutra,* τὸ μέλαν, τάλαν.

ας, αντος.

ας, ανος.

1 ὰς, άδος: *fœminina ſunt:* ἡ μονὰς, μονάδος, monas, vnitas: λαμπὰς, λαμπάδος, lampas, lucerna: *aut communia,* ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος, exul, profugus.

ὰς, άδος.

1 ας, ατος, *neutrum:* τὸ γῆρας, γήρατος, ſenectus: τὸ ἅλας, ἅλατος, ſal.

ας, ατος.

2 αις, αιτος, *vnum fœmininum,* ἡ δαὶς, δαιτὸς, conuiuium: *& vnum neutrum,* τὸ σταὶς, σταιτὸς, farina aquâ ſubacta. *Commune autem,* ὁ καὶ ἡ παῖς, puer, puella, *facit* παιδὸς. *ſic compoſita eius,* ἄπαις, ſine liberis, carens filijs: εὔπαις, liberis abundans, vel bonos habens filios, aut bona indole proles.

αις, αιτος.

αις, αιδος.

2 [2] αυς, αὸς: ἡ ναῦς (*Ionicè* νηῦς) nauis, τῆς ναὸς, † (*Ionicè* νηὸς) *ſic* γραῦς, anus, vetula.

αῦς, αὸς: vel ηῦς, ηός.

3 [3] ες, εος, *neutra communium in* ης: τὸ ἀληθὲς, τοῦ ἀληθέος, verum.

ες, εος.

1 [1] *Nihil facilius quàm noſſe quæ finita in* ας *faciant* αντος, *& quæ* αδος, *vel* ατος. *nam vel mediocris authorum lectio hæc tibi demonſtrabit. regulis autem hæc percipi facilè nequeunt. Hîc tantùm notabis, flexa per* αντος, *eſſe maſculina; per* αδος, *fœminina: (exceptis paucis communibus, quæ ſola ſignificatione facilè cognoſcuntur) per* ατος *verò, eſſe neutra & quintæ declinationis contractorum, modò deſinant in* ρας *vel* ας *purum: vt videbis in ſequentibus. Sunt verò tria maſculina quæ non declinantur per* αντος, *nempe* μέλας, τάλας, *de quibus in contextu, atque* ὁ λᾶας, τοῦ λάαος, *& craſi* λᾶος, lapis. *Porrò Aeoles maſculina in* ας *per* αις *efferunt, dicentes* μέλαις,

ας, αντος, maſcul. ας, άδος, fœmin. vel communia.

ας, ατος, neutra.

Aeoliſmus αις *pro* ας.

μίλαις, τάλαις. Idem faciunt in participijs masculinis in ας, quæ per αντος declinantur, vt τύψαις pro τύψας, qui verberauit. *Pro* Αἴας *tamen non dicunt* Αἴαις, *ne diphthongus geminetur. Cæterùm poëtæ non rarò Dorico more ex genitiuis in αντος, per apocopen reÿciunt τος, τοῦ* Αἴαν *pro* Αἴαντος. *de qua apocope nonnihil attigimus,* 25, 18. [2] *Finita in αις aut αυς non inuenies alia ab his quæ hoc loco enumerantur. tantùm itaque notato, finita in αυς declinari quoque per εως, εϊ, &c. & nominatiuum monosyllabum ἦυς apud poëtas diuidi in duas syllabas, ἠΰς, γρηΰς: atque † nominatiuum pluralem similem reperiri nominatiuo singul. αἱ ναῦς, ἶηυς, γραῦς, γρῆυς. De horum autem accusatiuo singul. dicetur suo loco.* [3] *Hæc sæpe substantiuata reperiuntur, & per substantiua Latinis redduntur: vt τὸ ἀληθὲς,* verum, vel ipsa veritas, *& sic de alijs. Sunt autem primæ declinationis contractorum, vt dicetur in sequentibus.*

Apocope poëtica.

2 *αις, αυς.*

αυς, εως.

ἠΰς, pro ἦυς.

Nominatiuus plur. similis nominatiuo sing. 3

εις, ενος: ὁ κτεὶς, κτενὸς, pecten: *sic adiectiuum* εἷς, ἑνὸς, vnus: *fæmininum μία, μιᾶς: neutrum* ἓν, ἑνος: *& inde composita, μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν: οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδὲν,* nullus, a, um.

εις, ενος.

εις, εντος: ὁ Σιμόεις, Σιμόεντος, Simoïs, Simoëntis, nomen fluuij in Phrygia: ἡ Ὀπόεις, Ὀπόεντος, Opûs, Opuntis, ciuitas in Locris: *itidem adiectiua,* ὁ χαρίεις χαρίεντος, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, gratiosus, a, um: *& participia* ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, verberatus: *at* [1] ἡ κλεὶς, clauis, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα & κλεῖν.

εις, εντος.

1 *εις, ειδος.*

εὺς, *έος communiter,* ῆος *Ionicè,* έως *Atticè:* ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος, βασιλῆος, βασιλέως, rex: *de hoc* [2] *postea.*

2 *εὺς { έος com. / ῆος Ionicè. / έως Atticè.*

Finita in εις, facientia ενος, non inueniuntur, præter κτεὶς & εἷς, cum compositis, quæ ponuntur in contextu, μηδεὶς & οὐδεὶς, quasi μηδὲ vel οὐδὲ εἷς, neque vnus, ne vnus quidem: *ideo poëtæ in neutro sæpe dicunt μηδὲεν, οὐδὲεν. † Aeoles verò ponunt θ pro δ, μηθεὶς, οὐθεὶς, μηθὲν, οὐθέν. Reliqua igitur præter κλεὶς, faciunt εντος: & sunt vel propria, vel adiectiua, vel participia, quorum superiùs meminimus in εν, εντος,* 35, 22. *Genus autem nominum in εις, facilè patet. adiectiua enim & participia,*

εις, ενος.

μηδὲεν.

οὐδὲεν.

Aeol. θ pro δ.

εις, εντος, propria, adiectiua, participia.

Masculina. *masculina sunt: propriorum genus significatione cognoscitur: quæ verò ponuntur in contextu, articulo genus indicant.*

όεις, οῦς. *Notandum autem, propria & adiectiua in* όεις, *interdum contractè efferri per* οῦς, *abiecto* ι, *&* οε *contractis in* ου: *vt ex* ὀπόεις *&* πλακόεις, *dicimus* ὀποῦς, πλακοῦς, *de quibus postea in* οῦς, οῦντος.

ήεις, ῆς. *sic adiectiua in* ήεις, *interdum contrahuntur in* ῆς, *abiecto* ι, *&* ηε *in* η *contractis: vt ex* τιμήεις *&* δαφνήεις, *dicimus* τιμῆς, δαφνῆς: *itémque*

άεις, ᾶς. ἀλλᾶς *ex* ἀλλᾶεις, *teste Eustathio. de his vide in* ῆς, ῆντος.

Dorismus. 1 [1] *In accusatiuo plurali* τὰς κλεῖδας, *&* *Doricè* κλᾶδας.

2 [2] *In tertia declinatione contractorum.*

ης, ητος. ης, ητος: ὁ λέβης, λέβητος, lebes, cacabus: ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος, vestis. *& item substantiua fœminina, quæ fiunt ab adiectiuis in* ος: κακὸς, malus, ἡ κακότης, κακότητος, malitia: *vel ab adiectiuis in* ὺς, vt δριμύτης acrimonia, à δριμὺς, acer.

ῆς, ῆντος. ης, ῆντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος, honoratus: ὁ δαφνῆς, δαφνῆντος, laureaceus.

ης, εντος. ης, εντος: ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, Clemens: Οὐάλης, Οὐάλεντος, Valens.

ης, εος. ης, εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, Demosthenes: ὁ Ἡρακλῆς, Ἡρακλέος, Hercules: ἡ τριήρης, τριήρεος, triremis: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέος, verus, vera.

ης, ητος. · ης, ητος, *faciunt substantiua appellatiua: & fœminina sunt, præter sequentia masculina.*

Fœminina.

Masculina.

ἄμης, placentæ genus lacteæ.
ὀπέλης, obex, pessulus.
κέλης, equus singularis, & paruum nauigium.
λέβης, lebes, cacabus.
μύκης, fungus.
πένης, pauper.
σὴς, tinea: *quidam malunt* ἡ σὴς.
τάπης, tapes, stragulum.

ῆς, ῆντος. εις, εντος. *Per* ῆντος *&* εντος *paucissima declinantur: & illa quidem fiunt ex* ήεις, (*vt diximus in* εις, εντος) *ac masculina sunt: hæc verò sunt virorum propria, deducta à Latinis habentibus formam participiorum in* ens, entis, *vt Clemens, entis; Valens, entis.*

ης, εος. *Per* εος *verò flectuntur infinita penè masculina composita virorum propria, & adiectiua*

iectiua communia, & fœminina in ηρης, *quæ tamen re vera adiectiua quoque sunt, & cum quibus subintelligendum substantiuum* ναῦς: *ut* τριήρης, triremis, *scilicet nauis: sic* ὑνήρης, διήρης, vniremis, biremis, &c. *ηρης.*

ις, ιος: ὁ κὶς, κιὸς, vermiculus qui in ligno vel frumento nascitur: ὁ ὄφις, ὄφιος, serpens: ἡ πόλις, πόλιος, vrbs. *ις, ιος.*

ις, ιδος: ὁ Πάρις, Πάριδος, Paris: ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, crepida, basis: *& communia,* ὁ καὶ ἡ ἄπολις, ἀπόλιδος, extorris, exul: ὁ καὶ ἡ φυγόπολις, profugus. *ις, ιδος.*

ις, ιθος: ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, auis, ales: ἡ μέρμις, μέρμιθος, funiculus. *ις, ιθος.*

Nomen infinitum, ὁ καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ aliquis, quidam, *facit* τινὸς: *interrogatiuum autem,* quis, quæ, quid, τίς, τί, τίνος, *acuta penultima.* *τὶς, τινός.* *τίς, τίνος.*

Finita in ις, *quorum genus significatione cognosci non potest, fœminina sunt, exceptis ijs quæ ponuntur in contextu alterius generis: his adde* ὁ λὶς, λιὸς, leo: *&* λὶς, λιτὸς, panneus lineus subtilis. *Hoc loco animaduertendum,* CLENARDVM *omisisse terminationem* ις, ιτος: *vt* ἡ χάρις, χάριτος, gratia: *sic eius composita,* ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, gratiosus, a: ὁ καὶ ἡ ἄχαρις, expers gratiæ, iniucundus, a. *omisit &* ισος: *vt* ἡ θέμις, θέμιστος, Ius: ἡ χάρις, χάριστος. *nam* χάρις *facit* ιτος *&* ιδος *&* ισος. *Cæterùm paucissima sunt desinentia in* ις, *quæ faciant* ιθος *vel* ιτος *aut* ισος: *sed penè innumera quæ faciunt* ιος *vel* ιδος: *atq; hæc varietas est authorũ lectione discernenda. Scito tamen, pleraq; nomina propria virorũ ac mulierum facere* ιδος: ιος *verò omnia verbalia in* σις, ξις, ψις: *quæ multa sunt, & omnia secundæ declinationis contractorũ.* *Fœminina.* *ις, ιτος.* *ις, ισος.* *Per ιθος, ιτος, ισος, paucissima.* *Per ιδος propria.* *Per ιος verbalia in σις, ξις, ψις.*

ος, εος: τὸ τεῖχος, τείχεος, murus: *& reliqua neutra.* *ος, εος. neutra.*

ος, οτος: τὸ τετυφὸς, τετυφότος, quod verberauit: *participia sunt.* *ος, ότος. participia.*

Hic notandum, omnia finita in ος *quintæ declinationis, esse neutra: & nomina quidem facere* εος, *ac esse primæ declinationis contractorum: per* οτος *verò declinari sola participia præteriti perfecti temporis, vocis actiuæ & mediæ.* *Notio.*

ους, οος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς, bos. *ους, οος.*

οῦς, ουῦτος.

οῦς, οῦντος: ὁ πλακοῦς, πλακουῦτος, placenta: ἡ Ὀπποῦς, Ὀπουῦτος, Opûs, Opuntis.

ους, οντος.

ους, οδος.

ους, οντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, dens: *& participia*; δοὺς, δόντος, dans, vel qui dedit. *Cæterùm* ποὺς, ποδὸς, pes: *sic composita, vt* ἄπους, ἄποδος, apes, expes, hoc est, pedibus carens.

Masculina.

ους, οος.

οῦς, ουῦτος.

ους, οντος.

Particip. in ούς.

ους, οδος.

Composita in ους.

Finita in ους, *quorum genus significatione dignosci non potest, masculina sunt. Declinantur autem omnia per* οος, *nisi fiant per crasim ex proprijs vel adiectiuis in* όεις, *quæ per* ουῦτος *inflectuntur. per* οντος *verò flectuntur solùm* ὀδοὺς *cum compositis, & participia in* οὺς, *quæ quæ sunt præsentis vel aoristi secundi, vocis actiuæ, tertiæ coniugationis verborum in* μι. ποὺς *autem cum compositis, facit* οδος. *Illud etiam obiter monendum,* † *omnia composita in* ους *esse adiectiua communia, & habere neutrum in* ουν, *ac genitiuū facere vel in* οδος, *vel in* οντος.

υς, υος.

υς, υος: ὁ μῦς, μυὸς, mus: ὁ ἰχθῦς, ἰχθύος, piscis: ἡ χέλυς, χέλυος, chelys, lyra.

υς, εος.

υς, εος: ὁ ὀξὺς, ὀξέος, acutus, velox: *fœmininum* ὀξεῖα: *neutrum* ὀξὺ, ὀξέος: *sic & reliqua adiectiua,* ἡδὺς, suauis: ὠκὺς velox.

υς, εως *Atticè.*

υς, εως *Atticè:* ὁ πῆχυς, πήχεως, cubitus: ὁ † πρέσβυς, senex: ὁ πέλεκυς, securis.

υς, υδος.

υς, υδος: ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, chlamys, genus vestis: ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος, qui nuper aduenit, aduena.

ὺς, ύντος.

ὺς, ῦντος: ὁ ζευγνὺς, ζευγνυῦντος, iungens: *participia sunt.*

υς, υθος.

υς, υτος.

† *Vnam hîc omisit genitiui terminationem,* υθος: *vt* ἡ κώμυς, κώμυθος, fasciculus, manipulus. *Existimo reperiri etiam* υς, υτος, *sed rarò; quemadmodum præcedentis quoque generis nomina perrara sunt. Porrò hæc genitiuorum varietas vsu percipienda est. notato tamen, omnia monosyllaba, atque bonam substantiuorum partem, facere* υος: *adiectiua omnia* εος: *tria solùm Atticè* εως, *quæ ponuntur in contextu:* υδος *omnia finita in* ηλυς, *cum paucis alijs:* ύντος *verò sola participia præsentis & aoristi secundi, vocis actiuæ, quartæ coniugationis verborum in* μι. *Cæterùm facientia* υος, *masculina sunt;*

υς, υος, υς, εος, υς, εως, υς, υδος. ὺς, ύντος.

Participia in ύς.

Masculina.

ſunt, niſi quæ rem non ſubſiſtentem ſignificant, quæ fœminina ſunt: ut ἡ ἀγορητύς, ύος ars concionandi, eloquentia: his adde ἡ χέλυς, υος, & κόρυς υος, galea: (quia facit quoque τῆς κόρυθος) ac ἡ ὀφρῦς, ύος, ſupercilium: atque ἡ ὀσφῦς, ύος, lumbus: quod & maſculinum eſſe dicitur. Maſculina quoque ſunt facientia έος, εως, & ύντος: fœminina verò reliqua; exceptis communibus in ηλυς, & paucis alijs maſculinis, quæ vſu deprehendes. Fœminina. Maſculina. Fœminina. Communia.

ως, ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος, *riſus*: τὸ φῶς, φωτὸς, *lux lumen.* ως ωτος.

ὼς, όος: ἡ αἰδὼς, αἰδόος, *pudor*: ἡ ἠὼς, ἠόος, *aurora.* ὼς όος.

ως, ωος: ὁ Τρῶς, Τρωὸς, *Tros, vel Troianus*: ὁ Μίνως, Μίνωος, *Minos*: ὁ ἥρως, [1] ἥρωος, *heros.* ως ωος. I

† *Duæ tantùm ſunt facientia* όος, *per* ο μικρὸν, *eaq́; fœminina;* αἰδὼς & ἠὼς, *quæ ſunt quartæ declinationis contractorum. Nam* χροὸς, χροΐ, χρόα, *ſunt à nominatiuo* χρὼς, *vt* βοῦς, νοῦς. ωος *verò per* ω μέγα *faciunt* Μίνως, & ἥρως, & *moniſyllaba habentia vnam harum mutarum,* τ, δ, θ, *vt* Τρὼς: δμὼς, *ſeruus:* θὼς, *lupus ceruarius:* ἡ δὼς *tamen, id eſt datio, indeclinabile eſt. Reliqua in* ως, *ſi ſint nomina, faciunt* ωτος: *participia verò perfecta vocis actiuæ & mediæ (quæ hoc loco omiſſa ſunt) faciunt* ότος, *per* ο μικρὸν: *vt* τετυφὼς, τετυφότος, *qui verberauit: quæ verò* ῶτος *faciunt, ſyncopata ſunt vel contracta; vt* ἑστὼς, ῶτος, *qui ſtetit, pro* ἑσταὼς. *Omnia autem nomina quintæ finita in* ως, *maſculina ſunt, præter duo fœminina iam enumerata, & duo neutra,* φῶς, φωτὸς, *lumen: & Doricum* ὦς, *pro communi* τὸ οὖς, ὠτὸς, *auris. Porrò vnicum fœmininum,* ἡ φῴς, *id eſt, inuſtio ab igne facta in cruribus, facit* τῆς φῳδὸς. [1] *Huius accuſatiuus* τὸν ἥρωα, & *per apocopen* ἥρω, *vt* τὸν Ἀπόλλω, *pro* Ἀπόλλωνα, 25. 24. I

ὼς όος. ως, ωος. δώς. ως, ωτος. Participia in ὼς, ότος, ῶτος. Maſculina. Fœminina. Neutra. ἡ φῴς, φῳδὸς.

λς, λος: ὁ ἅλς, ἁλὸς, *mare.* λς, λος.

νς, νθος: ἡ ἕλμινς, ἕλμινθος, *lumbricus, tinea*: Τίρυνς, Τίρυνθος, *Tiryns.* νς, νθος.

ρς, ρτος: ὁ μάκαρς, μάκαρτος: *quod &* μάκαρ, μάκαρος, *beatus.* ρς, ρτος.

Finita in ς *præcedente conſona, non reperies, niſi* ἡ δάμαρς, δάμαρτος, *quod &* δάμαρ, δάμαρος, *vxor, & quæ ponuntur in contextu.* Notio.

ψ, πος:

ψ, πος.
ψ, βος.
ψ, φος.

ψ, πος: ὤψ, ὠπὸς, *visus*: Κύκλωψ, Κύκλωπος, *Cyclops*. ψ, βος: ὁ Ἄραψ, Ἄραβος, *Arabs*: ἡ φλὲψ, φλεβὸς, *vena*. ψ, φος: Κίνυψ, Κίνυφος, *Cinyps*, *nomen fluuij*: ἡ κατῆλιψ, *scala*: ὁ Σκίραψ, *Sciraps*.

ψ, βος.

Desinentium in ψ, octo faciunt βος, *nempe*.

Θάρυψ, *Tharybs*.
Λίψ, *Libs*, *siue Africus ventus*.
Νίψ, *Nibs*.
Φὰψ, *phabs*, *palumbes*, *auis genus*.
χάλυψ, *chalybs*, *genus ferri durissimi*.
χέρνιψ, *manuum ablutio*, & *vas ad lauandas manus*, *gutturnium*: *nec non ipsa aqua*.

ψ, φος.
ψ, πος.

atque duo posita in contextu: *quibus adde omnia finita in* τριψ, *composita à* τρίβω, *tero*: *vt* παιδοτρίψ, *pædotriba*, *præceptor puerorum in exercitio corporis*. *Tria verò tantùm faciunt* φος, *quæ ponuntur in contextu*: *è quibus* κατῆλιψ & Κίνυψ *Ionicè faciunt* πος. *Reliqua in* ψ *faciunt* πος. *Cæterùm omnia in* ψ, *quæ significatione genus non indicant*, *masculina sunt*: *præter hæc fœminina*, λαῖλαψ, *turbo*: φλὲψ, *vena*: κατῆλιψ, *columen*, *scala*. *Fœmininum est etiam* ὄψ, *non modò pro voce*, *ab* ἔπω *dico*; *sed etiam pro visu*, *facie*, *oculo*, *ab* ὄπτομαι *video*. *at composita hinc adiectiua*, *sunt omnis generis*, *vel communis*: *vt* ἄοψ, *visus expers*: αἴθοψ, *cui facies est vsta*, *niger*: οἶνοψ, *vini faciem gerens*, *niger*. πλωΐλοψ, *apud Hesych*. (*pro quo apud Aristot. est* πλωϊλὸψ) *nomen auis*, *incerti est generis*.

Masculina.
Fœminina.
Composita ab ὄψ.

Et hactenus de genitiuo.

Accusatiuus quintæ.
ις, ιν.
υς, υν.
ις, ιδα, ιν.
υς, υδα, υν.
αυς, αυν.
ους, ουν, οα.
υς, α.

Accusatiuus singularis exit in α, τὸν τιτᾶνα *Titanem*:
1 sed nomina in ις &[1] υς, quorum genitiuus in ος purum, faciunt accusatiuum per ν: ὁ ὄφις, ὄφιος, ὄφιν, *ser-*
2 *pens*: ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν, *racemus*.[2] Barytona in ις
3 & υς declinata[3] non purè, sortiuntur vtramq; terminationem; ἡ ἔρις, ἔριδος, τὴν ἔριδα & ἔριν, *lis contentio*: ὁ νέηλυς, νεήλυδος, τὸν νεήλυδα & νέηλυν, *qui nuper*
4 *aduenit*. Etiam αυς, in[4] αυν: ναῦς, ναὸς, ναῦν, *nauis*: γραῦς, γραὸς, γραῦν, *anus*, *vetula*. Finita in ους, sæpius in
5 ν, ὁ βοῦς, βοὸς,[5] βοῦν: raró autem in α, τὸν βόα, *bos*.

Finita in υς *per* α *quoque faciunt accusatiuum*: *vt*

τὸν

τὸν βότρυα, *&* τὸν ὀξέα, *ab* ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus.* [2] *Baryto-* 2 *Barytona.*
na vocat, quorum vltima nullo accentu afficitur, ſed in-
telligitur grauis, qui Græcè dicitur βαρύς *: eadem ratio-* *Grauitona.*
ne appellantur Grauitona. De huius vocabuli etymo-
logia videbis plura in ſequentibus. [3] *Verùm Ionicè de-* 3 *Ioniſmus.*
clinantur purè, non aliter quàm ὄφις *aut* βότρυς. *Ita-*
que minimè mirum, ſi vtramq; terminationem recipiant
in accuſatiuo. [4] *Poëticè verò per* α *quoque faciunt ac-* 4
cuſatiuum, τὴν νέα, *vel* νῆα, *vel* νέα, *&* νῆυν. [5] *Doricè* 5
βῶν, 21, 17.

Vocatiuus idem cum nominatiuo; ὁ πιτὰν, ὦ πι- *Vocatiuus*
τάν. [1] Excipe flexa per ντος, quæ ablato τος formant 1 *quintæ.*
vocatiuum: Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν, *Aiax:* λέων, λέοντος, ντος, ν.
λέον, *leo.* Adiectiua in ην & εις, quæ neutrum per εν, ην
ea & vocatiuum per εν: τέρην, το τέρην, ὦ τέρεν, *tener,* εις } εν
a, um: χαρίεις, τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν, & ὦ χαρίει, *gratio-*
ſus, um. [2] Grauitona in ηρ, habent, ερ; μήτηρ, ὦ μῆτερ, 2 ὦ χαρίει.
mater: ſic acuta quatuor, ἀνὴρ, πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, *vir,* ηρ, ερ.
pater, leuir, (id eſt, mariti frater) ſeruator ὦ ἄνερ, πάτερ,
δᾶερ, σῶτερ: vbi & accentus in penultimam retra- *Accentus retra-*
hitur. diphthongi ευς & ους, deponunt ς: ὦ βασιλεῦ, *ctus.*
βοῦ, πλακοῦ, *O rex, bos, placenta:* præter ὦ πούς, & ὀ- ευς, ευ.
δούς, *O pes, dens.* [3] Grauitona quoque in ις & υς, re- 3 ους, ου.
ijciunt ς: ὦ ὄφι, βότρυ, *O ſerpens, raceme:* ſic παῖς, ὦ παῖ, ις, ι.
quod fit à πάϊς, ὦ πάϊ, *puer, puella.* υς, υ.

[1] *Hæc exceptio non habet locum in contractis, vt* ὁ ποι- 1
ῶν *faciens, genit.* τοῦ ποιοῦντος, *vocat.* ὦ ποιῶν, *non* ποιοῦν. *Contractæ.*
Hîc notandum, poëtas ex huiuſmodi vocatiuis à geniti-
uis in ντος *formatis, per nouam apocopen abijcere* ν, *modò* *Apocope*
deſinant in αν. *dicunt enim* † ὦ Αἶα, *pro* Αἶαν. [2] *Excipe* ὁ 2 *poëtica.*
Πίηρ, ὦ Πίηρ, *Pier. Huiuſmodi autem grauitona, pauca*
ſunt, vt videbis in accentuum tractatu. Grauitona quoq;
in ωρ *declinata per* ορος, *habent vocatiuum per* ορ, *for-*
mando à genitiuo abiectione ος: *vt* ὁ Νέστωρ, Νέστορος, ὦ Νέ-
στορ, *Neſtor.* [3] *Idem faciunt adiectiua acutitona in* ύς, έος: 3
vt ὁ ὀξὺς, ὦ ὀξὺ *acutus: atq; apud poëtas acutitona in* ίς,
ίδος: ἡ Ἀμαρυλλὶς, ὦ Ἀμαρυλλὶ, *Amaryllis.*

Sunt præterea quædam finita in ης, ως, *&* ω *: quæ vo-* *Appendix.*
catiuum non habent ſimilem nominatiuo, vt videbis in
prima

prima & quarta declinatione contractorum.

Datiuus pluralis quintæ.
δι, σι.
θι, σι.
νι, σι.
τι, σι.
οντι, ουσι.
εντι, εισι.
αντι, ασι.
ξ, ξι.
ψ, ψι.
ευς, ευσι.
ους, ουσι.
ηρ, ερ, ρασι.

1 Datiuus pluralis fit à ſingulari, poſito σ ante ι: τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, *racemo, racemis:* & literæ δ, θ, ν, τ, ſunt reijciendæ: λαμπάδι, λαμπάσι, *lucernæ, lucernis:* ὄρνιθι, ὄρνισι, *aui, auibus*: Τιτᾶνι, Τιτᾶσι, *Titani, Titanibus*: λέβητι, λέβησι, *lebeti, lebetibus.*
2 [2] Quod ſi tum penultima corripitur, fiet diphthongus: λέοντι, λέουσι, *leoni, leonibus*: τιθέντι, τιθεῖσι, *ponenti, ponentibus*: aut vocalis anceps, quę in ſingulari producebatur poſitione, hîc in plurali habetur longa: Αἴαντι, Αἴασι, *Aiaci, Aiacibus*: ἱστάντι, ἱστᾶσι, *ſtatuenti, ſtatuentibus.*
3 Quæ exeunt in ξ, ψ, aut [3] diphthongum, adiectione ι faciunt datiuũ pluralem: ἅρπαξ, ἅρπαξι: Ἄραψ, Ἄραψι: βασιλεύς, βασιλεῦσι: βοῦς, βουσί: *rapax, Arabs, rex, bos*: *at* ὁ πούς, τοῖς ποσί, *pes.*

4 [4] Illa in ηρ quæ ſyncopen patiuntur, datiuum pluralem faciunt in άσι: πατήρ, πατέρος, πατρός, τῷ πατρί, τοῖς πατράσι, *pater*: ſic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus, filiabus, viris*, & ſimilia.

Datiuus pluralis in εσσι vel εσι Ionicè & Æolicè.

1 *Poëtæ formant hunc datiuum à nominatiuo plurali, addendo σι: ſed in neutris priùs mutant α in ες: vt* οἱ Αἴαντες, τοῖς Αἰάντεσσι, *Aiaces, Aiacibus*: τὰ βήματα, τοῖς βημάτεσσι, *tribunalia. tribunalibus. Id autem faciunt more Ionico & Æolico: atque interdum metri gratia eijciunt alterum σ,* τοῖς Αἰάντεσι.

Penultima datiui plur. quanta. Breues quomodo producendæ.

2 [2] *Penultima datiui pluralis par eſt quantitate cæterorum obliquorum penultimæ, aut maior: quod non eſſet verum, ſi remotis* ντ, *vnicum* σ *poneretur. Itaque aliquo modo producenda eſt. Solent autẽ breues* ε *&* ο *tribus modis in vniuerſum produci. aut enim mutantur in proprias longas,* ε *in* η, ο *in* ω: *aut aſciſcunt ſibi ſubiunctiuas,* ι, υ: ε *quidem aſciſcit* ι, *&* ο *aſciſcit ſibi* υ, *vt in hoc loco: aut conſona ſequens geminatur, vt breuis præcedens fiat longa poſitu. hoc interdum accidit quibuſuis datiuis pluralibus quintæ: vt* τοῖς † Τιτᾶσσι, *pro* Τιτᾶσι, *Titanibus: Ionicè* Τιτήνεσσι, *à ſing.* Τιτήν, Τιτῆνος. *Porrò ancipites* α, ι, υ, *nulla facta mutatione poſſunt productæ cenſeri, vbi hoc exiget aliqua neceſſitas.*
3 [3] *Hoc ſolùm intelligendum de ijs quæ habent diphthongum in vltima ſyllaba ſequente* ς, *vt quæ*

deſinunt

desinunt in αις, εις, αυς, ηυς, ωυς & ους: non autem quæ desinunt in ευ vel ειρ. [4] *A datiuo sing. πατρὶ, posito σ ante ι, dicendum eßet πατρσὶ: sed quia σ non potest poni post τρ, interposito α breui, dicimus πατράσι. sic ob ὁ ὑῒς, filius, cuius genit. τοῦ ὑῒος, & syncope (vel, vt alij malunt, contractione poetica) ὑἷος, & sic in alijs casibus: in datiuo plurali, cùm non possimus efferre ὑἷσι pro ὑῒσι, eò quòd υ (teste Herodiano) nunquam scribatur ante consonantem, inserto α dicimus υἱάσι.* 4

σ nunquam ponitur post duas consonantes. υ non ponitur ante consonantem. υἱάσι.

De nominibus contractis.

Atque hæ quidem declinationes appellantur simplices. Cæterùm cùm inter tam varia nomina quintæ declinationis, quædam genitiuum faciant in ος purũ, & reliquos item casus in terminationem puram, fit vt in multis accidat synæresis siue crasis, duabus syllabis in vnam contractis; vt τὸ τεῖχος, *murus*, τοῦ τείχεος, & per crasim τείχους: τῷ τείχεϊ, & per synæresim τείχει: & similia. ideoque quædam sunt declinationes nominum contractorum.

Synæresis.

Synæresis propriè est vocalium seruatarum in diphthongum contractio: τείχεϊ, τείχει, *muro*, εϊ in ει.

Crasis.

Crasis, quum alioqui duæ syllabæ commiscentur in vnam, vt τείχεος, τείχους, εο in ου: τείχεα, τείχη, εα in η. Sine discrimine tamen his vocibus pro eodem vtimur, Synæresis, Crasis, siue Contractio.

Vbi fiat contractio, & quomodo.

Contractio solùm fieri solet, quum concurrunt duæ vocales, quarum prima sit anceps, α, ι, υ, eaq; correpta: vel breuis, ε, ο: vel etiam longa, sed rarò, idq; sequente ι, quod in contractione subscribitur, ηϊ, ῃ: ωϊ ῳ: vt ἡ ἡρωΐνη, ἡρῴνη, Heroina, semidia: νηρηΐδες, νηρῇδες, Nereides. Præcedente aliqua ancipiti, si crasis est facienda, ipsa anceps manet, sed iam producta, (omnis enim syllaba contracta producitur) & vocalis vel diphthongus sequens abijcitur. excipe cùm præcedente α, sequitur ο vel ω, in diphthongo vel extra diphthongum: tum enim crasis fit in ω.

Præcedentibus α, ι, υ.

Præcedente autem breui ε, & sequente vocali longa η, ω, vel quauis diphthongo, si fiat crasis, fiet absorpto ε, & remanente vocali aut diphthongo sequente: sed sequente altero

Præcedente ε.

Præcedente ο.

Accus. plur. contractus, est similis nominatiuo plurali.

Iota in contractionibus semper seruatur.

bicunque scilicet augmentum habet locum. [4] *In exem-* 4
plaribus tamen correctioribus non inuenitur punctum
subscriptum in huius verbi perfecto, aut temporibus ab
eo vel à futuro deductis; sed tantùm in imperfecto &
temporibus à præsenti formatis. nam futurum est ἀρῶ,
vt φανῶ à φαίνω, 62, 8. vnde aoristus primus ἦρα per η
monophthongum: & in reliquis modis deposito augmen-
to sumit in principio α futuri, non αι præsentis; ἆρον, ἄ-
ραιμι, ἄρω, ἆραι, ἄρας, non αἶρον, αἴραιμι, &c. [5] *De hac re* 5
tamen vide plura in Annotationibus in verba, circa
principium. [6] *Modò futurum non desinat in μῶ. tum e-* 6
nim ι non mutatur, sed in perfecto est antepenultima,
propter η quod interseritur: vt νέμω, μ. νεμῶ, π. νενέμηκα:
sic τέμνω, τεμῶ, τετέμηκα, & per syncopen τέτμηκα, seco,
secabo, secui. [7] *Nunquam enim μ ponitur ante κ.* [8] *Fi-* 7.8
nita in είνω, & ίνω, pauca reperiuntur; atque illa sunt
disyllaba, vel à disyllabis composita. Inueniuntur tamen
etiam quædam simplicia hyperdisyllaba in είνω, vt φαεί-
νω, luceo *: sed illa vltra imperfectum non coniugantur.*
Hoc etiam notatu dignum, Finitorum in νω quatuor tan-
tùm esse species. omnia enim desinunt vel in είνω, vel
ίνω, vel αίνω, vel ύνω. [9] *Poëticè ἔκτανκα.* 9

Dor. αντι pro ασι.

Vltima perfecti φα, χα, κα.

A futuro εμῶ præteritum ήμηκα. τέτμηκα.

Notio de finitis in είνω & ίνω.

είνω, ίνω, αίνω, ύνω.

Plusq. p.	
	ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει, verberaueram, &c.
	ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην, atis, ant duo :
	ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν, us, is, ant.

Plusquamperfectum.

A perfecto deducitur, conuerso α in ειν. In fronte su-
mitur ε, si perfectum incipitur à consonante : τέτυφα, ἐτε-
τύφειν, verberaui, verberaueram. *alioqui idem prin-*
cipium : ἤνυκα, ἠνύκειν, perfeci, perfeceram.

Plusquamperfecti formatio.

Est Græcis tempus quoddam præteritum, quod appel-
latur [1] *ἀόριστος, hoc est* indefinitum. *incerta est enim* 1
significatio, paulóne antè res præterierit, an multò:
suntq́; aoristi duo.

Ἀόριστος χρόνος, indefinitum tempus.

Aor. 1.

Indefinitum primum.

Aor. 1,
ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, verberaui, sti, it.
ἐτύψατον, ἐτυψάτην, is, unt duo.
ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν, us, is, unt.

Formatio aoristi primi.
Vltima.

Vltimam primi aoristi metimur è futuro, cuius seruatur characteristicon; sed ω migrat in α: τύψω, ἔτυψα, verberabo, verberaui.

Augmentum.

Augmentum vtriusque aoristi idem cum imperfecto:

ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα, perficio, ebam, eci.
τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυψα, verbero, abam, aui.

Penultima.

2 *Penultima eadem quæ in futuro,* [2] *ac semper natura aut positione longa:*

παίω, παίσω, ἔπαισα, ferio, feriam, ferij.
λέγω, λέξω, ἔλεξα, dico, dicam, dixi.

Penultimæ mutatio in quinta coniugatione.

3 *Quòd si futuri penultima corripitur, vt in quinta coniugatione,* [3] *producendæ erunt vocales, hoc pacto: Si α penultima futuri extra diphthongum sit in præsenti, migrabit in η: veniens autem ex αι, Atticè quidem vertetur in η, communiter verò manebit; sed longum in aoristo, cùm breue sit in futuro:*

α α η ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα, fidibus cano.
αι α η μιαίνω, μιανῶ, ἐμίηνα *Atticè*, polluo.
αι α α μιαίνω, μιανῶ, ἐμίανα communiter.

Si penultima sit ε, aduocatur ι, vt fiat diphthongus ει:

ει ε ει σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, semino, abo, aui.
ε ε ει στέλλω, στελῶ, ἔστειλα, mitto, am, si.

At ι & υ breues in futuro, producuntur in hoc aoristo:

κρίνω, κρινῶ, ἔκρινα, iudico, abo, aui.
ὀξύνω, ὀξυνῶ, ὤξυνα, instigo, abo, aui.

Ἀόριστος χρόνος.

1 *Supple* Χρόνος, *id est* tempus; *quod Græcè masculinũ est: atq; ideo dicimus,* Aoristus primus *vel* secundus, *non*

non primum, &c. referentes ad substantiuum Græcum χρόνος, non ad Latinum, tempus: contrà, dicimus indefinitum & futurum primum vel secundum, non primus, &c. intelligimus enim substantiuum Latinum, tempus, non Græcum, χρόνος. [2] Hanc vniuersalem regulam author retractat in Annotationibus in circumflexa. [3] Huiusmodi vocalium mutatio, habet solummodo locum in quinta coniugatione, non autem in tertia, quarta vel sexta: quamuis futuri penultima esset breuis: imò apud poëtas, si versus exigat vt eiusmodi penultima breuis fiat longa, alia ratione producetur, nempe geminato σ: vt ἔφρασσα pro ἔφρασα à φράζω, dico, futurum φράσω.

[1] Aorist. 2. { ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε : / ἐτύπετον, ἐτυπέτην: / ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον. } 1

Indefinitum secundum.

Augmentum hic vt in aoristo primo: ἔτυψα, ἔτυπον.

Augmentum.

Penultima breuis, ac fermè vna ex ancipitibus, α, ι, υ: proinde vocales præsentis ita mutantur:

Penultima præsentis quo pacto mutetur in aoristo secundo.

η, ω, αι, αυ, ι } in α { λήβω, ἔλαβον, *capio, cepi.* / τρώγω, ἔτραγον, *comedo, comedi.* / καίω, ἔκαον, *vro, vssi.* / παύω, ἔπαον, *sedo, sedaui.* / δέρω, ἔδαρον, *excorio, excoriaui.*

ε, ευ, ει } in { ο ἀκούω, [2] ἤκοον, *audio, audiui.* 2 / υ φεύγω, ἔφυγον, *fugio, fugi.* / ι λείπω, [3] ἔλιπον, *linquo, liqui.* 3

In quinta

ε in { α / ο }

Disyllaba quintæ coniugationis, pro ει capiunt α: σπείρω ἔσπαρον, *semino, aui*: trisyllaba perdunt ι, ὀφείλω, ὤφελον, *debeo, debui.*

Figuratiua eadem quæ præsentis: λήβω, ἔλαβον: τύπτω, ἔτυπον: nam in πτω, κτω, μνω, prior litera est figuratiua.

Figuratiua

πτ — π
κτ — κ
μν — μ
sic λλ — λ

In quarta verò coniugatione futurum ξω formatiuam habet γ: ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυγον, *fodio, fodiam, fodi.* Vbi autem futurum in σω, erit figuratiua δ: φράζω, φράσω, ἔφραδον, *dico, dicam, dixi.*

In quarta

præs. fut. aor.

ζ, σσ } ξ γ
ζ, σσ } σ δ

[1] *Plura*

1 [1] *Plura de hoc aoristo vide in Annotationibus in verba, & in Inuestigatione thematis, in verbo τίκτω, pario. Cæterùm significatione non differt ab aoristo primo, veluti neque futurum secundum à primo. quando autem alterutro sit utendum, bonorum authorum lectio docebit.*

Significatio aoristi sec. & futuri secundi.

2 [2] *ἦκον, in usu non est. Nam in finitis in ύω, εύω & ήω, aoristus secundus, futurum secundum, & præteritum medium, desiderantur.*
3 [3] *Compositum ex κατὰ, κατέλιπον, & poëticè κάλλιπον, reliqui, vel reliquerunt.*

Futurum Græci duplex habent.

Futurum primum.

Fut. 1. { τύψω, τύψεις, τύψει, *verberabo, bis, bit.* / τύψετον, τύψετον, *itis, unt, duo:* / τύψομεν, τύψετε, τύψουσι, *us, is, unt.* }

1 De hoc in singulis coniugationibus [1] dictum est priùs, pag. 60, 61, 62, & 63.

Futurum secundum.

Fut. 2. { τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ: / τυπεῖτον, τυπεῖτον: / τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι. }

Formatio futuri secundi.

2 [2] Fit à secundo aoristo, ablato incremento, & ον vertendo in ῶ circumflexum: ἔτυπον τυπῶ.

1 [1] *Quum scilicet dixit illius characteristicam in prima coniugatione esse ψ: in secunda & quibusdam quartæ, ξ: in tertia, sexta, & quibusdam quartæ, σ: in quinta, λ, μ, ν, ρ.*
2 [2] *Ideo deficiente aoristo secundo, desideratur etiam futurum secundum. Futurum autem secundum vocis actiuæ & mediæ, in rarissimo est usu; nisi in quibusdam verbis, iisq; anomalis. Grammatici tamen quædam adducunt; ut ἀκουῶ, & in voce media ἀκοῦμαι, ab aoristo secundo ἤκοον verbi ἀκούω, audio: sed hæc exoleuerunt. Cæterùm Iones qui syllabas circumflexas ubiq; ferè diuidunt, hoc futurum secundum per omnes modos & participia vocis actiuæ & mediæ, atque futurum primum quintæ coniugationis, variant eodem modo quo præsens eiusdem modi, retracto accentu, & inserto ε: utpote pro terminationibus ῶ, εῖς, εῖ, εῖτον, εῖτον, οῦμεν, &c. dicentes έω, έεις, έει: έετον, έετον: έομεν, έετε, έουσι. sic in reliquis modis.*

Futurum secundum vocis actiuæ & mediæ, inusitatum.

Ionismus.

IMPE-

IMPARATIVI.

Præſ. & Imperfectum.	τύπτε, τυπτέτω, *verbera, ret.* τύπτετον, τυπτέτων *ate, ent duo:* τύπτετε, τυπτέτωσαν, *ate, ent.*	*ἀ τύπτω.*
Perf. & plusquã perf.	τέτυφε, τετυφέτω, *verberaueris, rite* τετύφετον, τετυφέτων, *itis, int, duo:* τετύφετε, τετυφέτωσαν, *itis, int.*	*ἀ τέτυφα.*
Aor. 1.	τύψον, τυψάτω, *verberato tu, ille:* τύψατον, τυψάτων, *atote, anto, duo:* τύψατε, τυψάτωσαν, *atote, anto.*	*ab ἔτυψα.*
Aor. 2.	[1] τύπε, τυπέτω: τύπετον, τυπέτων: τύπετε, τυπέτωσαν.	1 *ab ἔτυπον.*

Modi reliqui ab indicatiuo formati.

Ab indicatiuo cæteri omnes pendent modi & participia, in quibus vox ſemper eſt eadem præſentis & imperfecti: ſic perfecti & pluſquãperfecti.

Annotatiunculæ.

Præteritum perfectum vbique ſeruat augmentum; Aoriſti verò extra indicatiuum minimè.

. Primam perſonam imperatiuus non agnoſcit.

Futurum ſubiunctiui per circumlocutionem.

Futurum quoque nec hîc reperitur, nec in ſubiunctiuo, ſed in illius vicem [2] ſubeunt aoriſti. 2

[1] *Apud Syracuſanos* τύπον. *ſic* εἶπον *pro* εἶπε, *dicito.* 1

[2] *In ſubiunctiuo tamen actiuo illud nonnunquam circumloquimur per participium perfectum actiuum & per præſens ſubiunctiui, ſiue futurum indicatiui, verbi ſubſtantiui* εἰμί, *ſum: videlicet* ὦ, ᾗς, ᾗ, *ſim, ſis, ſit, &c. &* ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσται, *ero, eris, erit, &c. vt* τετυφὼς ὦ, *vel* τετυφὼς, ἔσομαι, *verberauero. in voce paſſiua circumloquimur, vt apud Latinos, per participium perfectum paſſiuum & futurum* ἔσομαι: *vt* τετυμμένος ἔσομαι, *verberatus ero vel fuero.*

OPTATIVI.

Præſ. & imperf.	τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι, *verberarem, res, ret:* τύπτοιτον, τυπτοίτην, *etis, ent, duo:* τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν, *emus, etis, ent.*	*ἀ τύπτω.*
Perf. & pluſquãp.	τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, *ſem, ſes, ſet.* τετύφοιτον, τετυφοίτην, *is, ent, duo:* τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν, *us, is, ent.*	*ἀ τέτυφα.*

Aoriſt.

ab ἔτυψα.

Aorist. 1. τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, rauerim, is, it. τύψαιτον, τυψαίτην, ritis, int, duo. τύψαιμεν, τύψαιτε τύψαιεν, imus, itis, int.

ab ἔτυπον.

Aorist. 2. τύποιμι, τύποις, τύποι: τύποιτον, τυποίτην: τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

ἀ τύψω.

Fut. 1. τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, verberem, res, ret. τύψοιτον, τυψοίτην, retis, nt, duo: τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν, emus, etis, ent.

ἀ τυπῶ.

Fut. 2. τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ: τυποῖτον, τυποίτην: τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Annotatiunculæ.

1 Omnium optatiuorum [1] penultima est diphthongus: in actiuis primi aoristi, αι; in cæteris, οι.

2 Secundum futurum [2] circumflectitur: alioqui vox eadem cum secundo aoristo.

Aorist. prim. Atticus & Æolicus.

Vsitatissimus est & apud Atticos optatiui primus aoristus Æolicus:

S. τύψεια, τύψειας, τύψειε: D. τυψείατον, τυψειάτην: P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν: *verberauerim, ris, &c.*

1 [1] *Intellige de penultima primæ personæ numeri singularis.*
2 [2] *Hoc tamen per omnes personas verum esse non potest, propter duas generales regulas de circumflexo: vna est hæc, Vltima longa natura, penultima non circumflectitur: vt τυποίτην, verberent duo. Altera, Antepenultima nunquam circumflectitur: vt τυποίμεθα, non τυποῖμεθα, verberemus, in optatiuo vocis mediæ; vbi quoque locum habet* CLENARDI *regula.*

SVBIVNCTIVI.

ἀ τύπτω.

Præs. & imperf. ἐὰν τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ, *si verberem vel verberarem, res, &c.* D. τύπτητον, τύπτητον: P. τύπτωμεν, τύπτητε, [1] τύπτωσι.

ἀ τέτυφα.

1 Perf. & Plusquã perfectum ἐὰν τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ, *si verberauerim vel uissem:* D. τετύφητον, τετύφητον: P. τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Aorist.

Aor. 1, ἐὰν { τύψω, τύψῃς, τύψῃ, *si verberauero, is, it,* τύψητον, τύψητον: τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι. (*&c.* — *ab ἔτυψα.*

Aor. 2, ἐὰν { τύπω, τύπῃς, τύπῃ: τύπητον, τύπητον: τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι. — *ab ἔτυπον.*

Annotatiuncula.

Inflexioni Subiunctiuorum adhibent coniunctionem ἐὰν: vt ἐὰν τύπτω, *si verberem.*

In secunda & tertia singulari est ῃ diphthongus impropria: in duali & plurali, vocalis tantùm η. 1

[1] *Omnia tempora subiunctiuorum, in tertia plurali, pro ωσι habent ωντι Doricè, vt in indicatiuo οντι pro ουσι, ῦντι pro ῦσι, & αντι pro ασι.*

INFINITIVI. 1

Præsens & imperfectum, τύπτειν, *verberare.* — *à τύπτω.*
Perfectum & plusquamperfectum, τετυφέναι, *verberauiße.* — *à τέτυφα.*
Aoristus primus, τύψαι, *verberauisse.* — *ab ἔτυψα.*
Aoristus secundus, τυπεῖν. — *ab ἔτυπον.*
Futurum primum, τύψειν, *verberaturum esse.* — *à τύψω.*
Futurum secundum, τυπεῖν. — *à τυπῶ.*
Secundum futurum idem cum secundo aoristo.

[1] *Infinitiuis quibuscunque in ν vel ναι desinentibus, Attici, Dores & Jones ante ν & ναι, syllabam με inserunt, ex diphthongo (si fortè aliqua ipsum με præcedat) subiunctiuã ι vel υ subtrahendo. tum verò Jones ex ναι auferunt αι † Attici & Dores contrà αι: si fortè non adsit, ad ν adijciunt: vt ex θεῖναι, posuiße, Iones faciunt θέμεν, sicut τυπτέμεν & ἀρέμεν ex τύπτειν & ἀρεῖν: Attici verò & Dores, vt θέμεναι, sic etiam τυπτέμεναι, ἀρέμεναι. Poëtæ au-* 1

De Dialectorum varietate in Infinitiuorum terminationibus ν & ναι figura.

Communiter
ειν ——— { Doricè εν / Æol. & Dor. ην. / Ion. έειν pro εῖν.
ειναι, ῆναι } ε — { Jonicè μεν.
ηναι ——— η
αναι, ᾶν } α — { Aticè & Doricè μεναι.
ωναι ——— υ
ειν, οναι, ουναι } ο — { Poëticè μμεναι.

tem in-

tem interdum metri gratia μ geminant, vt vocalem præcedentem positu longam faciant. Cæterùm quam ναι est aoristi primi vocis actiuæ (quod tantum accidit verbis quintæ coniugat. in νω) has idiomatum differentias non recipit. Præterea Dores ex infinitiuis in ειν ι auferentes, per εν efferunt : Æoles verò, & nonnunquam ipsi Dores, ειν mutant in ην. Iones, qui syllabas circumflexas dissoluunt, pro εῖν aoristi secundi & futuri secundi, dicunt έειν.

Notio de Gerundiis & Supinis. *Hoc quoque monendum, Græcos Gerundia & Supina ignorare. ea tamen circumloquuntur per articulum neutrũ & infinitiuum, aduocata etiam sæpenumero aliqua præpositione: vt πρὸς τὸ τύπτειν, causa verberandi, ad verberandum, & verberatum: ἐν τῷ τύπτειν, verberando.*

PARTICIPII.

à τύπτω.		Præsens & imperfectum	ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.
à τέτυφα.	1	Perfectum & plusquamperfectum	ὁ [1] τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας. τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.
ab ἔτυψα.		Aorist. 1.	ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης. τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.
ab ἔτυπον.		Aoristus 2,	ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.
à τύψω.		Futurum 1,	ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης. τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.
à τυπῶ.		Futurum 2,	ὁ τυπῶν, τοῦ τυπουῦντος. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Annotatiuncula. 2 [2] Omne tempus habet suum participium: τύπτων, *verberans, qui verberat aut verberabat:* τετυφὼς, *qui verberauit aut verberauerat.* Sic aoristi, τύψας, ac

τυπὼν

τύπων, *qui verberauit aut verberauerat:* & futura, τύψων ac τυπῶν, *verberaturus.*

Aoriſtus ſecundus acuitur, τυπὼν τυπόντος: Secundum futurum circumflectitur, τυπῶν τυπουῦτος.

Participia maſculina & neutra pertinent ad quintam nominum declinationem: fœminina verò, ad ſecundam.

Æoliſmus.

[1] *Æolicè* τέτύφων. *Cætera participia, cuiuſcunque ſint vocis, recipiunt varietatem dialectorum, vt nomina ſecundæ, tertiæ, vel quintæ declinationis; per quam videlicet & ipſa participia declinata fuerint.* [2] *Idq́ tam in voce actiua, quàm paſſiua aut media.* LATINI *verò, cùm participiorum penuria laborent: Græcorum participia nunquã non obuia variis modis reddere coguntur: vt præteritum atq́ aoriſtos vocis actiuæ (quæ Latini deſiderant) aut per præſens, neglecto ſcilicet tempore; (quãuis id fiat minùs propriè)* τετυφὼς, τύψας, τυπὼν, *feriens, verberans· aut per nomen, præſertim verbale, verberator, percuſſor: (hoc fit rariùs: tamen in nonnullis non omnino malè cedit;* τεκὼν, *genitor, parens: eſt autem aoriſti ſecundi à* τίκτω, *pario) aut periphraſi vtuntur, ſumentes relatiuum qui, quæ, quod, per omnes caſus, & verbum præteritum per omnes perſonas, vt locus exigit;* ὁ τετυφὼς *qui verberaui, verberauiſti, verberauit:* τοῦ τετυφότος, *mei qui verberaui, tui qui verberaſti, eius qui verberauit, & ſic in reliquis caſibus: aut mutant participium actiuum in paſſiuum illud, atque caſum quem regit, per ablatiuum conſequentiæ efferentes: vt,* τύψας λίθον, εὗρον τὸ πῦρ, *percuſſo lapide inueni ignem: aut per gerundium, percutiendo lapidem, &c. aut per particulas Quum, quando, poſtquam, poſteaquam, & ſimiles, & per ſubiunctiuum; quum vel poſtquam percuſſiſſem lapidem. Sic præſens* τύπτων, *verberans, vel cùm verberarem:* ὤν, *exiſtens, vel cùm eſſem, eſſes, eſſet. Cum verò idem verbum Græcum poteſt Latinè reddi per actiuum ſiue neutrum, atque etiam per deponens, vel commune, (vt* κλέπτω, *compilo vel furor:* λαλέω, *garrio vel loquor:* καταφιλέω *baſio vel oſculor) in reddendis horũ participiis præteritis, vtuntur partici-*

Participia Græca, quomodo Latinè reddantur.

Perfectum & aoriſti vocis act.

Per præſens:

Per nomen:

Per circumlocut.

Per ablat. particip. perfecti paſſ. abſolutè poſitum.

Per gerundium:

Per particulas & ſubiunct.

Per particip. dictum à verbo depon. vel comm.

participio præterito, ducto à verbo deponenti aut communi; κλέψας, furatus: λαλήσας, locutus καταφιλήσας, osculatus.

Præs. pass. per circumlocut. per particip. præter.

Porrò participium præsens passiuæ vocis (quo Latini destituuntur) circumloquuntur quoque: vt τυπτόμενος, qui cæditur vel cædebatur: aut mutato tempore, percußus, cæsus: aut per participium neutropassiuum, vapulans.

Particip. vocis med. quomodo interpretanda.

Participia verò media, quum actiuam habent significationem, actiuè; quum passiuam, passiuè interpretantur, vel circuitione vtuntur, vt dictum est de præteritis actiuis & de præsentibus passiuis.

Deponentia Græcorum, variè à Latinis redduntur.

Cæterùm multa sunt apud Græcos verba deponentia sub voce passiua & media, quorum quædam per actiua verba redduntur: vt δέχομαι, capio quædam per neutra; vt μάχομαι, pugno: & quædam per deponentia; vt ἕπομαι, sequor. nouissimorum horum participia cum Latinis congruunt. Ducunt enim Latini à deponentibus participia cuiusuis temporis: sequens, præsentis; secutus, præteriti; secuturus & sequendus, futuri: priorum verò præterita reddenda sunt vt præterita participiorum vocis actiuæ.

VERBI PASSIVI.

Paradeigma paß. barytoni. Præsens.

1 Indicatiui præs. { τύπτομαι, [1] τύπτῃ, τύπτεται, *verberor, ris, vel re:* D. τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον, *ur, ni, ur, duo:* P. [2] τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται, *mur, ini, antur.*
2

Annotatio.

3 [3] Prima pluralis non desinit in μεν; & ideo integer habetur dualis; in quo secunda & tertia similes, quòd tertia pluralis exeat in αι.

Imperfectum.

4 Imperfect. { [4] ἐτυπτόμην ἐτύπτου, ἐτύπτετο, *verberabar:* D. ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην, *mur, &c.* P. ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο, *ur, ini antur.*

Annotatio de augmento.

5 [5] Cuiuscunque generis sint verba, tamen idem habent augmentum.

A primis personis μαι & μην secundarum & tertiarum singularium deductio.

1 *[1] In voce passiua & media barytonorum, quoties prima persona desinit in μαι aut μην, secunda propriè*

propriè desinit in σαι aut σο, veluti tertia in ται vel το, ut secunda & tertia sint similes; nisi quòd hæc habeat τ, illa σ, & formantur à prima, mutando μαι in σαι & ται: μην verò in σο & το: sed vocales præcedentes μαι aut μην interdum mutantur, nempe ο monophthongum in ε, ω in η, ου in εῖ, reliquæ manent inuariatæ: vt ex terminationibus ομαι, ωμαι, ουμαι, fiunt εσαι εται, ησαι ηται, εῖσαι εῖται: ex όμην fiunt εσο ετο: ex οίμην, άμην, αίμην, fiunt οισο οιτο, ασο ατο, αισο αιτο. Verùm huiusmodi secundæ personæ exolcuerunt, nisi in paucis verbis (vt alias dicetur) & in perfecto & plusquamperfecto indicatiui passiui, vbi etiam formandi ratio est paulò diuersa, vt suo loco explicatur. Porrò Iones à secundis inusitatis suas formant eiecto σ, dicentes εαι, ηαι, εῖαι: εο, αο, οιο, αιο. atque hæ duæ postremæ οιο & αιο (quæ in solis optatiuis inueniuntur) communiter receptæ sunt: aliæ verò priores, à solis Ionibus & poëtis celebrantur. Attici autem & communes his non vtuntur, nisi priùs facta contractione, εαι in η vel ῃ, εο in ου, & Doricè in ευ: αο in ω, & Syracusanè in α: in ηαι verò & εῖαι (cùm crasis non possit fieri ex vocalibus aut diphthongis quarum prior sit longa) η & ει corripientes, in ε priùs commutant, ac deinde contrahunt, ηαι quidem in ῃ, εῖαι verò in ῇ vel εῖ. Cæterùm communes non vtuntur contractionibus factis in ει ab εαι vel εῖαι, nisi in † trib. βούλει, οἴει, ὄψει, id est, vis, putas, videbis: de quibus vide in Annotationibus in verba. Horum verò omnium quæ diximus exempla tibi sume ex omnibus temporibis passiuis aut medijs barytonorum, in μαι aut μην desinentibus.

Primæ		Tertiæ / Secundæ		
ο, ω, ου	μαι	η, εῖ	ται σαι αι in ῃ vel ει	Contractæ, Ionicæ, In multis exoletæ
ο, ά, οί, αί	μην	ε, α, ιο, αι	το σο ο	in ου. / in ω vel α / sine crasi / sine crasi

[2] Ionicè & Doricè τυπτόμεσθα. Idem obseruant, quoties prima pluralis desinit in μεθα, dicentes μεσθα: nempe in tota voce passiua & med. præterquam in aoristis passiuis, & in perfecto ac plusquamperfecto vocis mediæ: ibi enim prima pluralis desinit in μεν, veluti in tota voce actiua. Perfectum quoque optiui & subiunctiui passiui 2

2 Ionismus & Dorismus: μεσθα pro μεθα.

Æolismus, μεθεν pro μεθα: θα pro θεν.

quum fit per circumlocutionem, habet primam pluralem in μεν. Æolicè huiusmodi persona in μεθα, desinit in μεθε vel μεθεν: vt λεγόμεθεν pro λεγόμεθα, dicimur: φερόμεθεν pro φερόμεθα, ferimur: vt contrà ijdem Æoles pro ὄπιθεν dicunt ὄπιθα, id est, retro, ponè: & ἄτερθα pro ἄτερθεν, sine, seorsum. [3] *De hac re vide plura 76, 12, & 32.* [4] *Fit ab actiuo ἔτυπτον, mutando ον in όμην.* [5] *Id est, siue actiua, siue passiua, siue media: atque vel barytona, vel circumflexa, vel in μι.*

Imperfecti formatio. 3.4 5

Perfectum.

perfectum { τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, *verberatus sum:* D. τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον, *ati, sumus, &c.* P. τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσὶ, *ati sumus.* }

Perfecti passiui formatio.

Fit ab actiuo, extrema litera aut syllaba conuersa in μαι. Secunda persona in σαι, actu aut potestate, nempe ψαι aut ξαι. Tertia in ται.

In prima coniugatione: φα in { μμαι, ψαι, πται: μμεθον, φθον, φθον: μμεθα, φθε. }

In prima coniugatione mutatur α actiui in μαι,
1 [1] & φ aspirata in β mediam· τέτυφα, τέτυβμαι: sed ob euphoniam dicitur τέτυμμαι, μ pro β.

In secunda ac tertia persona est π tenuis, τέτυψαι, τέτυπται. nam ψ valet πσ.

Secunda & tertia dualis, & secunda pluralis, fiunt à tertia singulari, mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas, idq; in omni coniugatione; τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε.

Tertia plur.

Tertiā pluralem circumloquimur per participium præteriti temporis, & verbum substantiuum, quoties tertia singularis non desinit in ται purum; τέτυπται, [2] τετυμμένοι εἰσὶ.

2

In secunda χα in γμαι, ξαι, κται: γμεθον, χθον, χθον: γμεθα, χθε.

Secunda coniugat. { λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, *dictus sum:* λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον: λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσὶ. }

Eadem hic ratio literarum γ, κ, χ, & duplicis ξ, qualis in prima coniugatione mutarum β, π, φ, & duplicis ψ: vt à λέγω, *dico*, præteritum actiuum λέλεχα, *dixi*; passiuum λέλεγμαι, *dictus sum*, mutando α in μαι, aspiratam χ in mediam γ.

In secunda & tertia persona est tenuis κ, λέλεξαι, λέλεκται. nam ξ est κσ.

Reli-

Reliquarum coniugationum κα migrat in μαι.

Tertia coniugat.
πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται, *perſuaſus ſum:*
πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον:
πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

In tertia.
κα in: σμαι, σαι, σται: σμεθον, σθον, σθον: σμεθα, σθε.

Ante μαι collocandum σ, πείθω, πέπεικα, πέπεισμαι, *perſuadeo, perſuaſi, perſuaſus ſum.*

Secunda perſona πέπεισαι, per vnum σ tantùm, etiamſi in prima fuerit σ, πέπεισμαι.

Quarta coniug.
ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, *foßus ſum:*
ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον:
ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.

[3] πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται, *dictus ſum:* 3
πεφράσμεθον, πέφρασθον, πέφρασθον:
πεφράσμεθα, πέφρασθε, πεφρασμένοι εἰσί.

In quarta nunc vt in ſecunda, nunc vt in tertia.

Quorum actiuum præteritum in χα, ea ſequuntur coniugationem ſecundam; χ in γ, α in μαι: ὤρυχα, ὤρυγμαι, *fodi foßus ſum.* Si autem actiuum in κα, formatio eſt vt in tertia, [4] aſſumpto σ: φράζω, πέφρακα, πέφρασμαι, *dico dixi, dictus ſum.* 4

Annot [illegible]*io.*

In quinta.
λκα, in λμαι, λσαι, λται: λμεθον, λθον, λθον: λμεθα, λθε.

Quinta coniugatio etiam in paſſiuo præterito ſeruat immutabiles λ & ρ, vt in actiuo: ψάλλω, ἔψαλκα ἔψαλμαι, *digitis pulſo, aui, atus ſum, vel pulſatum mihi eſt:* σπείρω, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι, *ſemino, ſeminaui, ſeminatus ſum.*

ρκα in: ρμαι, ρσαι, ρται: ρμεθον, ρθον, ρθον: ρμεθα, ρθε.

ψάλλω, *cano.*
ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται:
ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον:
ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.

σπείρω, *ſemino.*
ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται:
ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον:
ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

In μω & μνω finita.
ηκα in: ημαι, ησαι, ηται: ήμεθον, ησθον, ον: ήμεθα, ησθε, ηνται.

Finita in μω, aut μνω, actiuum habent in ηκα, paſſiuum in ημαι: νέμω, νενέμηκα, νενέμημαι, *paſco, paui, paſtus ſum:* τέμνω, τετέμηκα, τετέμημαι, *cædo ſeu ſeco, cecidi, cæſus ſum.* nam interponitur η.

νέμω, *paſco.*
νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται:
νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον:
νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

Sic

Annotatiunculæ

Sic τετέμημαι, τετέμησαι, τετέμηται, &c.

Secunda & tertia dualis, ac secunda pluralis, interserunt σ, quoties tertia singularis exit in ται purum; νενέμηται, νενέμησθον, νενέμησθε.

Finita in αίνω, & polysyllaba in ύνω.

Tertia singulari finita in ται purum, citra circumlocutionem fit tertia pluralis, interponendo ν ante ται: νενέμηται, νενέμηνται.

ῦνα in { μμαι, νσαι, νται: μμεθον, νθον, νθον: μμεθα, νθε.

Verba in νω actiuum faciunt in γκα, passiuum autem primæ personæ in μμαι: φαίνω, πέφαγκα, πέφαμμαι, *ostendo, ostendi, ostensus sum, vel manifestus sum.* nam in cæteris manet ν.

φαίνω, *ostendo*, { πέφαμμαι, πέφανσαι, [5] πέφανται: πεφάμμεθον, πέφανθον, πέφανθον: πεφάμμεθα, πέφανθε, πεφαμμένοι εἰσί.

Finita in ίνω, είνω & disyllaba in ύνω:

Disyllaba in ίνω: είνω, & ύνω, [6] abijciunt ν, vt in actiuo, nec tamen assumunt σ ante μαι:

ῦνα in { μαι, σαι, ται, μεθον, σθον, σθον: μεθα, σθε, νται.

κρίνω, *iudico.* { κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται: κεκρίμεθον, κέκρισθον, κέκρισθον: κεκρίμεθα, κέκρισθε, κέκρινται.

κτείνω, *interficio.* { ἔκτεμαι, ἔκτεσαι, ἔκτεται: ἐκτέμεθον, ἔκτεσθον, ἔκτεσθον: ἐκτέμεθα, ἔκτεσθε, ἔκτενται.

* θυνω, *impetu feror.* { τέθυμαι, τέθυσαι, τέθυται: τεθύμεθον, τέθυσθον, τέθυσθον: τεθύμεθα, τέθυσθε, τέθυνται.

** Aptius exēplū est πλύνω: nam τέθυμαι potest æquè formari à θύω atque à θύνω.*

In sexta.

[7] Sexta coniugatio nunc accipit σ; ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουσμαι, *audio, audiui, auditus sum:* nunc non accipit; τοξεύω, τετόξευμαι, *iaculis peto, iaculis petij, iaculis petitus sum.*

ἀκούω, *audio.* { ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται: ἠκούσμεθον, ἤκουσθον, ἤκουσθον: ἠκούσμεθα, ἤκουσθε, ἠκουσμένοι εἰσί.

τοξεύω, *sagitto.* { τετόξευμαι, τετόξευσαι, τετόξευται: τετοξεύμεθον, τετόξευσθον, τετόξευσθον: τετοξεύμεθα, τετόξευσθε, τετόξευνται.

Plusquamperfectum.

plusquamperfectum. { ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο, *verberatus eram:* D. ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην: P. ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Perfecti

Perfecti prima persona vertit μαι in μην, τέτυμμαι, ἐτετύμμην: secunda & tertia αι in ο, τέτυψαι, ἐτέτυψο. τέτυπται, ἐτέτυπτο. Tertia pluralis exit in ντο, si singularis desinat in το purum; ἐκέκλητο, *accusatus erat*, ἐκέκληντο, *accusati erant*: alioqui circumloquimur per verbum substantiuum; ἐτέτυπτο, τετυμμένοι ἦσαν.

Plusquam perfecti formatio.

Annotatio.

1 [1] *Quare fiant huiusmodi consonantium mutationes, diximus 5, 16.* [2] *Ionicè verò τετύφαται absque periphrasi. Iones enim & hanc, & plusquamperfecti tertiam pluralem, à tertia sing. formant, ante ται vel το, α breue inserentes, & tenues π vel κ, praecedentes α, mutantes in aspiratas φ, χ, & σ in characteristicam aoristi secundi: praeterea vocalem longam aut diphthongum, quae ipsum α praecessit, corripiunt, vocalem longam in propriam breuem vertendo. ex diphthongo verò alteram vocalem subtrahendo. Caeterùm in quinta coniugatione non inuenitur haec Ionica persona, nisi verbum desinat in λω, aut ρω; vbi λ & ρ manent ante α, & ρ aspiratur, vt quibusdam placet: vt ἐσπάρδαται, seminati sunt. Herodotus in plusquamperfecto pro ἐστάλατο, dixit ἐσταλάδατο, per pleonasmum syllabae δα. Neque etiam inuenitur in verbis sextae, quae ante ται habent σ. Poetae autem eodem modo formant tertiam plur. à tertia sing. in reliquis temporibus indicatiui & optatiui: sed in optatiuo antepenultimam, vt hîc, non corripiunt. nam ex τύπτοιτο, id est verberetur, faciunt τυπτοίατο, id est verberentur. In perfecto etiam & plusquamperfecto eam non corripiunt, si versus id exigat: neque etiam in aliis temporibus.* 2

Ionicè.

à { πται, φαται. / χται, χαται. / σται { δαται, ταται, θαται. } / ηται, έαται. / ωται, όαται. / ειται { έαται, ίαται. } / λται, λαται. / ρται, ῥαται. }

Poeticè

ab { εται, έαται. / ηται, ήαται. / ειτο, είατο. / οιτο, οίατο. / αιτο, αίατο. }

[3] *Doricè πέφραδμαι, pro σ posita aoristi secundi characteristica: quod fit & in aliis eiusdem generis.* 3 *Dorismus.* [4] *Attici interdum huiusmodi σ excludunt: vt † à κονίζω, in puluere exerceo, est non tantùm κεκόνισμαι, sed etiam κεκόνιμαι, vnde particip. κεκονιμένος. nisi haec à κονίω formare malis.* 4 *Atticismus.* [5] *Inuenitur etiam † πέφανται in tertia plurali praesentis, id est, occisi sunt à πέφαμαι, interfectus sum, secundae coniugationis verborum in μι, à themate φάω, πέφημι, id est occido, per ε facta reduplicatione Ionicè.* 5 *πέφανται.* [6] *Idem accidere putatur quibusdam in αίνω: at κεχαρέατο, pleonasmo τοῦ α, detracto augmento,* 6 *κεχαρέατο.*

mento,

mento, pro ἐκέκραντο, est tertia singularis, non pluralis; à verbo κραίνω perficio, vt ἐπέφαντο à φαίνω. Vnde Eustath. etiam singulariter exponit ἀπήρτιστο, τετελείωτο. itemq; Hesych. [7] *Sunt qui existiment* † *hæc tantùm verba, μύω claudo, ἑλκύω traho, καίω, seco, pungo, κελεύω iubeo, ἀκούω audio, recipere σ cum verbis circumflexis in έω, άω & όω, quæ non mutant penultimam breuem in longam: de quibus copiosè sumus dicturi in annotationibus in verba circumflexa. Porrò κλείω, laudo, celebro, facit κέκλῃμαι & κέκλεισμαι.*

Quæ verba sextæ accipiant σ, & quæ non.

Aoristus prim.

Aor. 1, { ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη, *verberatus fui:* ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην: ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Formatio aoristi primi.

Formatur à tertia perfecti, mutatis tenuibus ante αι in proprias aspiratas; τέτυπται, ἐτύφθην, *verberatus est, verberatus fui:* λέλεκται, ἐλέχθην, *dictus est, dictus fui:* πέπεισται, ἐπείσθην, *persuasus est, persuasus fui: &c.*

Aoristus sec.

Aorist. 2, { ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη: ἐτύπητον, ἐτυπήτην: ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

Formatio aoristi secundi.

Mutat ον actiui in ην, ἔτυπον, *verberaui*, ἐτύπην, *verberatus fui, vel vapulaui.*

Annotatio.

Caret vterq; aoristus prima duali. nam inflexionem habet actiuorum; siquidem plurale in μεν.

Futurũ primum.

Fut. 1, { τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται: τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον: τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

Formatio futuri primi.

A primo aoristo ἐτύφθην, τυφθήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Futurum secundum.

Fut. 2, { τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται: τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον: τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Formatio futuri secundi.

A secundo aoristo ἐτύπην, τυπήσομαι, *verberatus fui, verberabor.*

Paulopostfuturum.

Est Græcis tempus in verbis passiuis, quod vocatur μετ' ὀλίγον μέλλων, hoc est, paulopostfuturum, [a] quoties actio iam mox adfutura signatur.

[a] *Id est, quum quid impendere videtur.*

Paulo-

Paulo-postfuturum { τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται: τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον: τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

Et à secunda perfecti, interposito ομ; τέτυψαι, *verberatus es*, τετύψομαι, *mox verberabor, & penè iam verberatus sum*: seruatque augmentum in omni modo. — *Paulopostfuturi formatio.*

[1] *Bœoticè & Æolicè* ἐτύφθεν. *nam Bœoti tertiam pluralem vtriusque aoristi passiui formant à prima singulari, mutando* ην *in* εν. *At* μιάνθην αἵματι μηροί, *polluta sunt sanguine femora, Jliad. 8, non mutat* ν: *vel est syncope, pro* μιανθήτην, *reiecto augmento, à* μιαίνω, *polluo, contamino.* — 1 *Bœotismus.*

Imperatiui præs. & imperf. { [1] τύπτε, τυπτέτω, *verberare, etur*: τύπτεσθον, τυπτέσθων, *ini, ntur duo*: τύπτεσθε, [2] τυπτέσθωσαν, *ini, ntur.* — 1 *Jmperatiuus.* 2

Perf. & plusquamperfect. { τέτυψο, τετύφθω, *verberatus esto, &c.* τέτυφθον, τετύφθων: τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona fit à secunda plusquamperfecti; ἐτέτυψο, τέτυψο, *verberatus eras, verberare*: ἐλέλεξο, λέλεξο, *dictus eras, dicere*: ἐπέπεισο, πέπεισο, *persuasus eras, persuadere*: ὤρυξο, ὄρυξο, *fossus eras, fodere.* — *Formatio perfecti.*

Tertia verò [3] à tertia eiusdem temporis, migrante το in θω, & reliquis item tenuibus in aspiratas; ἐτέτυπτο, τετύφθω, *verberatus erat, verberetur*: ἐλέλεκτο, λελέχθω, *dictus erat, dicatur*: ἐπέπειστο, πεπείσθω, *persuasus erat, persuadeatur.* Quòd si το fit purum, assumitur σ: ἐκέκλητο, κεκλήσθω, *accusatus erat, accusetur.*

3
πτο φθω.
κτο χθω.
στο σθω.
λτο λθω.
ρτο ρθω.
ντο νθω.
το σθω.
ab ἐτύφθην.

Aor. 1, { τύφθητι, τυφθήτω, *verberator tu, ille*: τύφθητον, τυφθήτων, *minor, ntor duo*: τύφθητε, τυφθήτωσαν, *minor, ntor.*

Aor. 2, { τύπηθι, τυπήτω: τύπητον, τυπήτων: τύπητε, τυπήτωσαν. — *ab* ἐτύπην.

Aoristi desinunt in θι: sed prior hîc in τι propter alterum θ præcedens, τύφθητι, non τύφθηθι. sic tertia — *Annotatio.* θη τι, non θηθι.

ſingularis vtriuſque, & reliquæ numeri per τ, non θ, τύπτητω τύπτητον, &c.

Formatio præſentis imperatiui, eiuſq; in dialectis varietas.

1 [1] *Fit à τύπτομαι, mutando ομαι in ου: vel à ſecunda imperfecti ἐτύπτου, cui ſimilis eſt hæc ſecunda imperatiui, reiecto augmento: ideoque dialectorum varietatem eodem modo recipit, nempe Jonicè τύπτεο, quaſi à τύπτεσο, abiecto σ: vnde facta eſt communis & Attica τύπτου per craſim εο in ου, & Dorica τύπτευ. Jdem iudicium de reliquis temporibus imperatiuorum in ου finitis.*

Atticiſmus.

2 [2] *Atticè τυπτέσθων. nam Attici in hoc præſenti, atque in vtroque aoriſto imperatiui medij, tertiam pluralem eandem cum tertia duali faciunt, ſyllaba σαν per ſyncopen detracta.*

3 [3] *Vel breuius, à ſecunda duali eiuſdem temporis indicatiui, migrante ον in ων, vt diximus 72, 19.*

Optatiuus paſſ. à τύπτομαι.

Optatiui præſens & imperfectum. { τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο, *verberarer*: D. τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην: P. τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Annotatio.

1 [1] Omnium optatiuorum penultima eſt diphthongus.

à τέτυμμαι.

Perfect. & pluſquamperfectum { τετυμμένος, εἴην, εἴης, εἴη, *verberatus eſſem*: τετυμμένω εἴητον, εἰήτην: τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Annotatio.

In verbis barytonis ſemper opus eſt periphraſi per participium & verbum ſubſtantiuum.

ab ἐτύφθην.

Aoriſtus primus, { τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη, *verberatus ſim vel fuerim*: D. τυφθείητον, τυφθειήτην: P. τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

ab ἐτύπην.

Aoriſt. 2, { τυπείην, τυπείης, τυπείη: τυπείητον, τυπειήτην: τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

à τυφθήσομαι.

Futurum primum, { τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο, *verberer*: D. τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην: P. τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

à τυπήσομαι.

Fut. 2, { τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο: τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην: τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

paulopoſt

Paulo-postfuturum. { τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο, mox verberer: D. τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην: P. τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο. — ἀ τετύψομαι.

[1] *Intellige in prima persona numeri singularis, ut iam diximus in voce actiua.* 1

Subiunctiui præs. ἰαὶ & imperf. { τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται, si verberer vel arer: D. τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον: P. τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται. — *Subiunctiuus passiuus.* ἀ τύπτομαι.

Perfect. & plusquã- ἰαὶ perfectum. { τετυμμένος ὦ, ᾖς, ᾖ, si verberatus sim τετυμμένω ἦτον, ἦτον: (vel essem: τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι. — ἀ τέτυμμαι.

[1] *Et hic & in optatiuo circumloquimur hoc perfectum, ut tertiam pluralem indicatiui.* 1 — *Annotatio.*

Aoristus 1, ἰαὶ. { τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ, si verberatus sim vel fuerim vel fuero: D. τυφθῆτον, τυφθῆτον: P. τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι. — ab ἐτύφθην.

Aoristus 2, ἰαὶ { τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ: τυπῆτον, τυπῆτον: τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι. — ab ἐτύπην.

[1] *In hoc tamen differunt, quòd tertia pluralis perfecti indicatiui fit citra circumlocutionem, quoties tertia singularis desinit in ται purum, 99, 8. quod accidit quibusdam verbis quintæ & sextæ: at perfectum in optatiuo aut subiunctiuo non fit citra circumlocutionem, nisi in verbis in μι & quibusdam circumflexis, ductis à verbis sextæ in ιω, αω, ιω & υω, ut suo dicetur loco.* 1

Infinitiui præs. & imperf. τύπτεσθαι, verberari. — *Infinitiuus pass.* ἀ τύπτομαι.

Perfectum & plusquamperfectum, τετύφθαι, *accentu in penultima,* verberatum esse vel fuisse. — ἀ τέτυφθον, *secunda duali.*

Aorist. primus, τυφθῆναι, verberatum esse. — ab ἐτύφθην.

Aoristus secundus, τυπῆναι. — ab ἐτύπην.

Futurum primum, τυφθήσεσθαι, verberatum iri. — ἀ τυφθήσομαι.

Futurum secundum, τυπήσεσθαι. — ἀ τυπήσομαι.

Paulopostfuturum τετύψεσθαι, mox verberatum iri. — ἀ τετύψομαι.

Infinitiui in σθαι, fiunt [1] *à secunda plurali indicatiui, verso ε in αι,* τύπτεσθε, τύπτεσθαι. 1 — *Formatio infinitiuorum.*

[1] *Vel a prima singulari, mutando ομαι in εσθαι. at perfectum infinitiui (quod tamen nõ tantùm desinit in σθαι,* 1

sed

sed etiam in φθαι, χθαι, λθαι, νθαι *&* ρθαι) *commodius formatur à secunda duali, verso* ον *in* αι *: vel, vt author ait, infinitis in* σθαι, *à secunda plurali, verso* ε *in* αι.

Participia pass. à τύπτομαι.

1 Participij præsens & imperfect. { ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου, [1] qui verberatur : ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης, quæ verberatur : τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου, quod verberatur.

à τέτυμμαι.

Perfect. & plusquam perfectũ. { ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου, verberatus: ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης, verberata: τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου, verberatum.

ab ἐτύφθην.

Aorist. 1, { ὁ τυφθεὶς, τοῦ τυφθέντος, verberatus : ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης, verberata : τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντος, verberatum.

ab ἐτύπην.

Aorist. 2, { ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος : ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης : τὸ τυπὲν, τοῦ τυπέντος.

à τυφθήσομαι.

Futur. 1, { ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου, ndus : ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης, nda : τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου, ndum.

à τυπήσομαι.

Futur. 2, { ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου : ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης : τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

à τετύψομαι.

Paulopost-futurum. { ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου, mox verberandus : ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης, mox-nda : τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου, mox-ndum.

Annotatiunculæ.

Accentus perfecti in penultima : reliquorum in μενος *in antepenultima : at aoristi acuuntur. Cæterùm* μενος *&* μενον *ad tertiam pertinent declinationem,* εις *&* εν *ad quintam : omnia autem fœminina ad secundam.*

1 [1] *Quomodo Latinè reddi debeant participia verborum passiuorum ac deponentium, diximus,* 94, 11.

VERBVM MEDIVM.

Medium; & cur ita dicatur.

1 *Medium verbum siue Commune,* [1] *quod nunc actiuè capitur, nunc passiuè;* βιάζομαι τὸν φίλον, violo amicum : βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, violor ab amico : sic ἄγομαι, duco, ducor : κομίζομαι, porto, portor.

Ab

Ab actiuis autem non tantùm passiua deducuntur, sed etiam media; quorum & inflexio & significatio partim actiua, partim passiua.

In vocem mediam annotatiunculæ.

Præsens & præteritum imperfectum, non tantùm inflectendi ratione, verùm & voce penitus eadem sunt cum verbo passiuo. Perfectum & plusquamperfectum, sortita sunt terminationem actiuam: aoristi ac futura, passiuam.

Indicatiui perfec.	τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε, verberaui vel τετύπατον, τετύπατον: (verberatus sum: τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Perfectum medium.

Medium præteritum formatur ab actiuo, collocata figuratiua litera præsentis pro figuratiua præteriti actiui; τέτυφα, τέτυπα, ἀ τύπτω. Nam desinentium in πτω, κτω, μνω, formatiua litera est prior consonans; πίκτω, τέτιχα, τέτοκα, pario, peperi, peperi: τέμνω, τετίμηκα, τέτομα, incído, incídi, incídi, *vt dictum est suprà pag.* 63, 5: & 86, 26.

Formatio perfecti medij. *Annotatio.*

Præterea quartæ coniugationis futurum ξω, characteristicon facit γ: πλήσσω, πλήξω, πέπληχα, πέπληγα, percutio, percutiam, percussi vel percussus sum: *σω autem δ,* φράζω, φράσω, πέφρακα, πέφραδα, dico, dicam, dixi: *vt etiam notatum est in secundo aoristo verbi actiui.*

Annotatiuncula in perfectum medium.

Trium verò temporum eadem est figuratiua, secundi aoristi, secundi futuri, & præteriti medij.

In sexta coniugatione characteristicon est [2] *vocalis aut diphthongus;* λύω, λέλυκα, λέλυα, soluo, solui, solui vel solutus sum: ἀκούω, ἤκουκα, ἤκουα, audio, audiui, audiui vel auditus sum: *quanquam hoc tempus hîc rarum.* 2

Penultima eadem quæ in actiuo, τέτυφα, τέτυπα. *Dissyllabi futuri penultima ε migrabit in* [3] ο; λέγω, λέξω, λέλεχα, λέλογα, dico, &c. *at diphthongus ει in οι;* πείθω, πείσω, πέπεικα, πέποιθα, persuadeo, &c. 3

ε in ο. *ει in οι.*

Vocalis α præsentis, interdum seruatur; ψάλλω, ἔψαλκα, ἔψαλα, fidibus cano, &c. [4] *interdum vertitur in η,* θάλλω, τέθαλκα, τέθηλα, germino, &c. *diphthongus autem αι in η diphthongum impropriam;* 4

α in η. *αι in ῃ.*

φαίνω,

φαίνω, πέφηνα, ostendo, ostendi vel ostensus sum, visus sum.

Plusquamperfectum.

Plusquamperfect. { ἐτετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει, verberaueram vel verberatus eram : ἐτετύπειτον, ἐτετυπείτην : ἐτετύπειμεν, ἐτετύπειτε, ἐτετύπεισαν.

Aoristus prim.

Aorist. 1, { ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο : ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην : ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Formatio aoristi primi.

Additur μην ad actiuum; ἔτυψα, verberaui, ἐτυψάμην, verberaui vel verberatus sum.

Aoristus sec.

Aorist. 2. { ἐτυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο : ἐτυπόμεθον, ἐτύπεσθον, ἐτυπέσθην : ἐτυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

Formatio aoristi secundi.

Mutatur ον *actiui in* όμην : ἔτυπον, ἐτυπόμην.

Futurum prim.

5 Futur. 1, { [5] τύψομαι, τύψῃ, τύψεται : τυψόμεθον, τύψεσθον, τύψεσθον. τυψόμεθα, τύψεσθε, τύψονται.

Formatio futuri primi.

Actiuum ω *barytonorum in* ομαι, τύψω, verberabo, τύψομαι, verberabo vel verberabor.

Futurum secundum.

Futur. 2, { τυποῦμαι, τυπῇ, τυπεῖται : τυπούμεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον : τυπούμεθα, τυπεῖσθε, τυποῦνται.

Formatio futuri secundi.
Futurum primum quintæ coniugationis οῦμαι.
Annotatio.

Etiam hoc fit ab actiuo, vertendo ῶ *circumflexum in* οῦμαι : τυπῶ, τυποῦμαι. *Ideóque in quinta coniugatione primum quoque futurum desinit in* οῦμαι : *nam actiuum in* ῶ *circumflectitur : vt à* σπείρω, semino, *primum futurum actiuum* σπερῶ, *medium autem* σπεροῦμαι : *secundum*
6 *dum verò actiuum* σπαρῶ, *medium* σπαροῦμαι. [6] *Accidit igitur hîc idem esse vtrumque futurum tam actiuum quàm medium*; ψάλλω, ψαλῶ, ψαλοῦμαι, fidibus cano.

1 [1] *Non tamen omnia verba media actiuam simul & passiuam significationem habent : sed quædam actiuam tantùm, quædam passiuam, & alia vtramque. quod discrimen vsu meliùs quàm præceptionibus colligetur.*

2 [2] *Sed non semper est eadem cum figuratiua aoristi secundi*

&

& futuri secundi; vt ipse regula praecedenti affirmabat. nam ibi est semper breuis, hîc verò interdum longa: vt ab ἀκούω audio, non tantùm est ἤκοα, vt ἤκοον in aoristo secundo: sed etiam † ἤκουα, vnde verbale ἀκουὴ apud Homerum. δέδηα est à δαίω, & ἧα ab εἴω, teste Lascari. à παίω quoque, id est sedo, cuius aoristus secundus est ἔπαον, praeteritum medium putatur esse πέπαυα. in quibus vides diphthongos, non nudas vocales, sicut in aoristo. Verùm haec tempora (vt ipse author ait) vix inueniuntur in verbis sextae, praecipuè si desinant in ιω, αύω, ούω, & hyperdisyllaba in ύω. [3] Tamen disyllaba finita in 3
ιλω per vnicum λ, retinent hîc ι: vt † τίλω, τέτιλα, perficio, perfeci: μίλω, μίμιλα, & ectasi μέμηλα, curo, curaui. hoc autem fit, quia veniunt tanquam à τελέω, μελέω. vide Annotationes in praeteritum medium. Porrò ἀνέθω per metathesim ex ἀνθέω, id est floreo, quamuis sit trisyllabum, tamen mutat penultimam ε in ο, ἤνοθα: compositum cum ἐν, ἐνήνοθα: cum ἐπὶ ἐπενήνοθα, florui super, ἐπενήνοθα.
quidam tamen aliter deducunt. [4] Hoc fit tantùm in ver- 4
bis θάλλω, germino, & κλάζω, clango: praeteritum med. κέκληγα, vnde participium κεκληγὼς, in plur. οἱ κεκληγότες: pro quo Homerus κεκλήγοντες † Aeolicè, vt κεκλήγοντες.
εἰρήκοντες pro εἰρηκότες dici Corinthus tradit: nisi malis esse praesens, à them. κεκλήγω. [5] Notandum, Atticos saepe 5 Atticismus.
vsurpare futura mediorum loco actiuorum, reiectis actiuis. [6] Imò semper in hac coniugatione est idem, nisi in 6 Annotatio.
verbis quorum penultima est ι, aut in disyllabis quorum penultima est ει. tantùm in quinta coniugatione eaedem sunt terminationes vtriusque futuri per omnes modos & participia. inuenitur tamen in primo futuro ἅλεται pro ἁλεῖται, saliet, ab ἅλλομαι, salio. & Ionicè (vt dictum est 87, 33) huiusmodi syllabae circumflexae dissoluuntur, ac praeposito ε, terminationes futuri secundi siue primi in quinta, sunt eaedem cum terminationibus praesentis siue futuri aliarum coniugationum. dicitur enim ἑόμαι, ἔῃ vel ἔεαι, ἔεται: ἑόμεθον, ἔεσθον, ἔεσθον: ἑόμεθα, ἔεσθε, ἔονται, pro εἶμαι, ῇ, εἶται: εἴμεθον, εἶσθον, &c. sic in infinitiuo ἔεσθαι pro εἶσθαι.

Impera-

Imperatiuus medius. ἀ τέτυπα.	Imperatiui perfect. & plusquãper.	¹ τέτυπε, τετυπέτω, verbera vel verberare: τετύπετον, τετυπέτων: τετύπετε, τετυπέτωσαν.
ab ἐτυψάμην.	Aorist. 1,	τύψαι, τυψάσθω, verberato vel verberator: τύψασθον, τυψάσθων: τύψασθε, τυψάσθωσαν.
ab ἐτυπόμην.	Aorist. 2,	τυποῦ, τυπέσθω: τύπεσθον, τυπέσθων: τύπεσθε, τυπέσθωσαν.

Annotatio. ¹ *Hoc Singulare in raro est usu; sed utimur circumlocutione per participium perfectum medium, & imperatiuum verbi substantiui* εἰμὶ, sum: *ut* τετυπὼς ἴσθι: *quasi* verberatus esto.

Optatiuus medius. ἀ τέτυπα.	Optatiui perfe. & plusquamperfe.	τετύποιμι, τετύποις, τετύποι, verberauissem, vel atus essem: τετύποιτον, τετυποίτην: τετύποιμεν, τετύποιτε, τετύποιεν.
ab ἐτυψάμην.	Aoristus 1,	τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο, verberauerim vel atus fuerim: τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην: τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.
ab ἐτυπόμην.	Aoristus 2,	τυποίμην, τύποιο, τύποιτο: τυποίμεθον, τύποισθον, τυποίσθην: τυποίμεθα, τύποισθε, τύποιντο.
ἀ τύψομαι.	Futur. 1,	τυψοίμην, τύψοιο, τύψοιτο, verberem vel verberer: τυψοίμεθον, τύψοισθον, τυψοίσθην: τυψοίμεθα, τύψοισθε, τύψοιντο.
ἀ τυποῦμαι.	Futur. 2,	τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο: τυποίμεθον, τυποῖσθον, τυποίσθην: τυποίμεθα, τυποῖσθε, τυποῖντο.

Annotatio. *Cum aoristo secundo consentit voce, sed differt accentu.*

Subiunctiuus medius. ἀ τέτυπα.	Subiunctiui perf. & plusquamperf. ἐὰν	τετύπω, τετύπῃς, τετύπῃ, si verberauissem vel atus essem: τετύπητον, τετύπητον: τετύπωμεν, τετύπητε, τετύπωσι.

Aor.

Aor. 1, ἐκεὶ
τύψωμαι, τύψῃ, τύψηται, si verberauero vel ratus fuero:
τυψαίμεθον, τύψησθον, τύψησθον:
τυψώμεθα, τύψησθε, τύψωνται.

ab ἐτυψάμην.

Aor. 2, ἐκεὶ
τύπωμαι, τύπῃ, τύπηται:
τυπώμεθον, τύπησθον, τύπησθον:
τυπώμεθα τύπησθε, τύπωνται.

ab ἐτυπόμην.

Infinitiui perfectum & plusquamperfectum, τετυπέναι, verberauisse vel verberatum esse. *Aoristus primus*, τύψασθαι, verberauisse vel verberatum fuisse. *Aoristus secundus*, τυπέσθαι. *Futurum primum*, τύψεσθαι, verberaturum vel verberandum esse. *Futurum secundum*, τυπεῖσθαι, *per* ει *circumflexum: at secundus aoristus per* ε *acutum*, τυπέσθαι.

Infinitiuus medius.
à τέτυπα.
ab ἐτυψάμην.
ab ἐτυπόμην.
à τύψομαι.
à τυποῦμαι.
Annotatio.

Participij perfect. & plusquãp.
τετυπὼς, τετυπότος, qui verberauit vel (-atus est:
τετυπυῖα, τετυπυίας:
τετυπὸς, τετυπότος.

Participia media.
à τέτυπα.

Aorist. 1,
τυψάμενος, τυψαμένου, qui verberauit vel (atus est:
τυψαμένη, τυψαμένης:
τυψάμενον, τυψαμένου.

ab ἐτυψάμην.

Aorist. 2,
τυπόμενος, τυπομένου:
τυπομένη, τυπομένης:
τυπόμενον, τυπομένου.

ab ἐτυπόμην.

Futur. 1,
τυψόμενος, τυψομένου, verberaturus vel (-andus:
τυψομένη, τυψομένης:
τυψόμενον, τυψομένου.

à τύψομαι.

Futur. 2,
τυπούμενος, τυπουμένου:
τυπουμένη, τυπουμένης:
τυπούμενον, τυπουμένου.

à τυποῦμαι.

Atque hactenus de verbis barytonis.

CONTRACTIONES VERBORVM.

A Barytonis sextæ coniugationis in εω, αω, οω, *fiunt per contractionem verba quæ vocantur Circumflexa, ob id quòd duabus syllabis in vnam contractis, accentum possideant circumflexum;* ποιέω ποιῶ, facio,

Vnde & quomodò fiant verba circumflexa.

βοάω

Regula.

βοάω βοῶ, clamo: χρυσόω χρυσῶ, inauro: *έω, άω & όω coaleſcentibus in ῶ: ſiquidem ex accentu acuto & graui naſcitur circumflexus. itidem in reliquis perſonis;* ποιέεις ποιεῖς, facis: βοάεις βοᾷς, clamas: χρυσόεις χρυσοῖς, inauras: *de quibus poſtea.*

Quid habeant commune circumflexa cum barytonis, & quæ in re ab illis diſſentiant.

Neque hìc eſt quicquam peculiare, niſi quòd ex tribus illis characteriſticis, α, ε, ο, & vocali aut diphthongo ſequente, certo quodam modo fiat craſis, haud aliter atque in contractis nominibus, quæ, exceptis contractionibus, planè quintæ ſunt declinationis.

Quæ tempora contrahantur.

Et quemadmodum illic non in omnibus caſibus ſemper fit contractio, licet genitiuus deſinat in ος purum, ita hìc non omne tempus eſt capax contractionis, ſed tantùm præſens & imperfectum, idq; in omnibus modis ac participijs: quia, cùm illæ terminationes quæ ſequuntur π in τύπτω, τύπτεις, τύπτει, *in ſexta coniugatione his locis reperiantur puræ,* ποιέω, ποιέεις, ποιέει, *recepta eſt in quibuſdam contractio; nempe in ijs quæ ante ω habent vnam è figuratiuis α, ε, ο: pro quarum numero redduntur coniugationes circumflexorum, vbi craſes ex iſtis vocalibus ad hunc fiunt modum.*

Ceporino & quibuſdam alijs ου contrahitur in οι, ω & ου.

	Prima.		Secunda.		Tertia.
Figuratiua ε	ε ει	Figuratiua α	ε α	Figuratiua ο	ε ου
	ο ου		ο ω		ο ου
	η η		η α		†η ω
	ω ω		ω ω		ω ω
	ει ει		ει ᾳ		ει οι
	οι οι		οι ῳ		οι οι
	ου ου		ου ω		ου ου
	ῃ ῃ.		ῃ ᾳ.		ῃ οι.

De circumflexorum inflexione & formatione annotatio.

Inflexio verò & formatio iſtiuſmodi verborum per omnia genera, modos & participia, ſe habet vt præſcriptum eſt in barytonis. Futurum enim omnium circumflexorum deſinit in σω, præteritum in κα: à quibus reliqua deriuantur tempora, iuxta canones barytonorum.

Paradeigma verborum circumflexorum primæ coniugationis.

NIMVS erat ſubiungere hic Notationes, quas ante quinquennium in hanc Clenardi & Anteſignani Grammaticam editas, nunc tertia fere parte adauxeram: eaque de cauſa textui ſuis locis incertum erat notationis ſignum †. Sed quia emptorum hoc ſeculo ea eſt iniquitas, vt editionum non bonitatem, ſed tantum vilitatem ſpectent, & inæqualia æquali pretio ſibi depoſcāt, non perpenſis emendationum & acceſſionum ſumptibus: propterea vt nos ad mores iſtos attemperaremus, viſum eſt eum Notationum libellum hic omittere, & cum grandiori Grammatices volumine coniungere; quippe qnod minor hæc Grammatica magis in tironum, grandior autem illa in prouectiorum gratiam adornata ſit. Ne tamen prorſus ἀπαρασημείωτον καὶ ἀνεπίδοτον etiam hanc minorem dimitteremus, placuit ea quæ à magiſtro meo *Henr. Stephano* in *Paralipomenis Grammaticis* in hanc Clenardi & Anteſignani πραγματείαν ſunt notata, hic adijcere; quoniam ijs nec libri moles admodum augetur, & lector ad conſideratiorem cautioremq́ue huius operis lectionem exacuitur. Vt ergo breuiter expediam, *Jn pagin.* 1, *verſum* 3: *&* p.2. v.24. *hæc anotat*; Interim tamen Anteſignanum Clenardo, ſcribenti *vita*, non *Beta*, aſſenſum eſſe miror: quum etiam apud Martialem beta legamus. libro quinto: *quod Alpha dixi, Codre, penulatorum. Te nuper, aliqua quum iocarer in charta; Si fortè bilem mouit hic tibi verſus, Dicas licebit Beta me togatorum*. Sic certe pro Græco ἀναλφάβητος ſcribendum Latine fuerit (vt & ſcriptum fuit) *Analphabetus*, non *Analpha vitus*. Eadem porro opera de alijs literis commonefaciam, quæ litera e, non i, ſcribendæ erant. nam pro ζῆτα, ἦτα, θῆτα, magis conſentaneum rationi erat, vt Zeta, Eta, Theta, quam Zita, Ita Thita,

Thitâ, ſcriberetur; aut ſaltem de hac ſcriptura (alteram auctori ſuo relinquendo) lector ab Anteſignano admoneretur. *Hæc Steph. Paralipomenun pagina 2 & 3. Porro de veriore controuerſarum conſonantium, vocalium & diphthongorum pronuntiatione, multi copioſe tractarunt: ego breuiſſime rem omnem explanaui in Ramea Grammatica noſtra, pag. 4. & ſeq.*

In pag. 15, v. 27. & pag. 23. v. 33. Quidam alij (quorum e numero eſt Clenardus) ſcribunt hanc declinationem partim maſculinorum, partim communium eſſe vt ὁ καὶ ἡ λῃστής. Sed ego exemplum deſidero: ſemperque (vt opinor) deſiderabo. Quid autem hic anteſignanus? hoc ſui Clenardi exemplo contentos eſſe lectores iubet. nullum enim aliud nomen primæ declinationis reperiri ait quod ſit communis generis: eſſem certe & ipſe hoc vno contentus, ſi vſquam reperiri putarem: ſed id mihi nullo perſuadere modo poſſum. *Paralip. p. 107. Fæminino ſane genere λῃστρίδας vt ναῦς, ſic etiam γυναῖκας dici veriſimile eſt: quod mox ipſe Anteſignanus quoque innuit v. 36.*

In p. 18. v. 7, Abſit tamen vt Anteſignano potius quam Caninio aſſentiar, dicenti Demoſthenem & Ariſtophanem, licet Attice loquuti dicantur, communi ſermone ſcripſiſſe. Imo vero Attice ſcripſit vterque: ſed Ariſtophanes in nonnullis etiam quæ leuiora ſunt, ſermonis Attici conſuetudinem magis ſeruat quam Demoſthenes. *Paralip. pagina 37. Communem vero linquam Stephanus definit, quæ ex ſingulis aliqua ſumit, ſed præcipue ex Attica: adeo vt illa in multis nullo ab hac diſcrimine ſeparetur: Paralip. p. 11.*

In p. 20. v. 11. Sed quum ex duobus illis (*Corintho & Ioanne Grammatico*) vnus male quæ ad dialectos pertinent, alter peius tradidiſſet, Anteſignanus peſſime id præſtitit. ξυμφέρον (inquit in dialecto Attica) *pro συμφέρον vtile. Iſtud habet locum in compoſitis a præpoſitione σὺν* quum prius docere debuiſſet, Atticos præpoſitionem σὺν in ξὺν mutare. Et in dialecto Dorica, de mutatione quæ fit in ευ, ita verba facit (p. 21. v. 29) vt excludat Θεύγνιδος pro Θεόγνιδος, & ſimilia.

Quid quod pauciora propemodum ſunt quæ dicit, ijs quæ omittit? *Paralip.p.45. De ξων Clenardus quoque restrictius tradit* 168, 32: *& de ευ rurſum Anteſignanus* 58, 13: 179, 13.

In p.27.v.21, examinato fœmininorum in ος catalogo, erroreq́ quintuplici obſeruato, Quomodo igitur, *inquit*, hic ſe gerere grammaticus debuiſſet, qui & exercitatus in Græca lingua eſſet, & iudicio valeret? Monendus ab eo lector fuiſſet, multa eſſe ſubſtantiua in ος fœminini generis: vt ὁδὸς & omnia ab eo deriuata: quinetiam quæ ſunt ſynonyma illi nomini ὁδός: vt τρίβος, ἀτραπὸς ſiue ἀτραπιτὸς, & οἶμος: licet ab Heſyodo cum μακρὸς iuncta hæc vox inueniatur.) Sic ἄμμος fœmininum eſſe, pariterque eius ſynonyma: quæ etiam voce illi affinia ſunt, vtpote ab eo deducta. Sic τάφρος, & ſynonyma, quorum eſt κάπετος. ſic κόπρος, & ſynonyma, quorum eſt μίνθος. Deinde ad magis generalia veniendo, monendus lector fuiſſet, regionum, item inſularum, vrbium nomina in ος, magna ex parte eſſe fœminina. ſic etiam pleraque arborum nomina. Sed & alia quædam generalia, aut fere generalia, obſeruare iubendus erat lector, non in longa enumeratione, per ordinem alphabeticum (quo ſcilicet valde hic erat opus) digeſta, memoriam ſuam fatigare. *Hæc Stephanus, præfationis pagina* 13. *At p.*10. *fœmininis à me Anteſignaneo catalogo adiectis, addit ἄκολος* buccea.

*In p.*47, *v.*17. Ac ne multos grammaticos nominare neceſſe habeam, ſubijciam verba Anteſignani, quem vulgus pro grammaticorum anteſignano habet; maximam ea in re grammaticis iniuriam faciens. Audi igitur illius Anteſignani verba: *Hoc loco animaduertendum, Clenardum omiſiſſe terminationem* ις, ιτος: vt ἡ χάρις, χάριτος *gratia. ſic eius compoſita,* ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, *gratioſus, a:* ὁ καὶ ἡ ἄχαρις *expers gratiæ, iniucundus, a. Omiſit & ιςος:* vt θέμις, θέμιςος, *ius:* ἡ χάρις, χάριςος. *nam χάρις facit ιτος: & ιδος, & ιςος.* Ita ne pro Grammaticorum Anteſignano eum haberi, qui tantam vno eodemque in loco ignorantiam prodat? Apud quem quæſo ſcriptorem Græcum Anteſignane vel χάριδος, vel χάριςος legiſti? Apud nullum

nullum scriptorem Græcum hoc legit Antesignanus: (excipiet aliquis fortasse, qui Antesignano patrocinari cupiet) sed quum apud Ceporinum & quosdam alios grammaticos inuenisset, & minime cuiusquam fidem, vt erat probus vir, vsquam suspectam haberet, hunc centonem cæteris assuendum putauit. Ego verò, lector, quicumque vel mediocriter in græco sermone exercitatus es, non puto tibi defuturum quid tam stultæ patrocinationi respondeas: (qua tamen nulla simplicior ac verior inueniri potest) sed tantum vereor vt per bilem, aut certe per risum, vel vnum verbum eloqui tibi liceat. Potius tamen de χάριδος quam de χάριστος excusari posse illũ, paulo post ostẽdam. *Hæc Steph. paral. p* 127, *&* 128. *Ego verò locum illum prætermiseram intactum, quod a Lascari quoque triplicem istum genitiuum agnosci vidissem, ac* χάριστος *ab eo poeticum dici vt* θέμιστος: *existimante fortassis etiam, cõpos.* εὐχάριστος *atque* ἀχάριστος *hinc esse facta, vt* ἀθέμιστος *ex* α *priuatiuo, & genitiuo* θέμιστος: *cum ea æque à verbo* χαρίζομαι *deduci possint* 182, 5. *atque à nomine* χάρις. *Verba Lascaris hac de re sunt. Ald. edit. pag.* 155. τὰ εἰς ρις θηλυκὰ, διὰ τοῦ δος ποιοῦσι τὴν γενικήν. οἷον, ἔρις, ἔριδος, κίθαρις, κιθάριδος· ἶρις, ἴριδος, χάρις, χάριδος, καὶ χάριτος. καὶ χάριστος ποιητικῶς· ὁμοίως καὶ θέμις, θέμιδος, καὶ θέμιτος, καὶ θέμιστος, ὅθεν καὶ Ἡσίοδος, ---δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας. *At Demetrius Chalcondylas tantummodo priores duos genitiuos agnoscit, his verbis, pagina* 110: χάρις χάριδος, καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς τ, χάριτος: ὃ καὶ παρὰ τοῖς κοινοῖς ἐπικρατήσε.

In p. 79, *v.* 1. Imo vero dipthongi ει & ευ non vbique sunt immutabiles, quum ηὐχόμην & ἤκαζον Attici interdum dicant: quorum themata sunt εὔχομαι & εἰκάζω. Hoc tamen & cæteri Grammatici de ista dipthongo ει perhibent: atque adeo idem verbum à Clenardo affertur ad confirmãdum illud, tacente interim Antesignano, quod ego attuli ad refellendum. *Hæc Steph. paralip. p.* 53. *Ego Antesignanum nihil ibi adnotasse puto, quia ipse Clenardus infra in Anomaliarum expositione de vtriusque augmento monet*, 202, 16: *&* 205, 19: 293, 34. *notauit tamen de vtraque obiter ipse Antesignanus quoque,*

297,26: 392,8: & 294,22.

*In p.*170,*v.* 18. In hoc vocabulo(τέῤῥω)alij aliter falluntur Hic & quidam alij, in eo falluntur, quod τέῤῥινα non minus quam τέῤῥινα dici posse existimant: Clenardus autem,& alij nonnulli,in eo quòd τέῤῥω non solum masculini, sed fœminini quoque generis esse credunt. Hæc Steph. Paralip.p.148. *Clenardus vero hic quoque Lascarim videtur secutus, qui p.*139. *sic scribit;* εἰ δ' εἰσὶν ἐπίθετα διγενῆ τρέπουσι τὸ η ἐν ταῖς ἄλλαις πτώσεσιν. οἷον ὁ καὶ ἡ ἄῤῥω ἄρσενος: ὁ καὶ ἡ τέῤῥω, τέρρινος. De τέρρινα *vero monuit etiam Antesign.*171.32.

*In p.*172.*v.*10, Sed nec de fœmininis substantiuorum extraordinarijs (vt ita dicam) tacendum fuit. Sic autem appello θέαινα à θεός (nisi Antesignani errorem non minus ridiculum quam crassum sequi volens,hoc θέαινα à masculino θέων esse malis dicere) λύκαινα à λύκος: σκόρπαινα, pro σκορπίαινα à σκορπίος: μαγείραινα, à μάγειρος Hæc Steph. *Paralip. p.* 150. *Antesignanus vero ibi secutus videtur Etymologicon & alios, qui & ipsi hoc* θέαινα, *à* θέων *deducunt. Porrò fæmin.* αινα *est non tantum à mascul. in* αν *&* ος, *sed etiam ab* ης · *vt docui R. gr.* 33,25. *Similia sunt* δέσποινα, βασίλεινα, ἔχιδνα: *à masculinis* δεσπότης, βασιλεύς, ἔχις.

*In p.*178,*v.* 30. Comparatiuum ὀψιαίτερος videmus & per ἔστερος efferri: sicut alia multa,quorum facta modò fuit mentio(nam inuenitur & ὀψιαίτερος.At vero Antesignanus, aliquid noui pariter & ridiculi suo more hic quoque afferens, proponit nobis & ὀψιέστερος & ὀψίτερος. nec minus inepte ab eo exponitur positiuum ὄψιος, non solùm *Tarde veniens*, sed etiam *Flagitiosus*. In quibusdam vero eius editionibus est ὄψος, non ὄψιος Hæc *Steph. Paralip.p.*155. *Sed fortasse* ὀψίτερος, *quod exstat etiam in vulg. lexicis, factum est ea forma qua* φιλίτερος 180, *per syncopen poeticam.*

*In p.*187,*v.*16 Clenardus suis in declinationes simplices annotationibus scribit: *Primæ declinationis nomina in* ας, *quædam recepto more genitiuum faciunt in* α: & affert in exemplum ista, Θωμᾶς, Ἀννίβας, Πυθαγόρας, Ἀρχύτας, πατραλοίας: *additque, & item alia consimiliter.*

militer. Vrbanus vero in secundo suo libro, Αἰνεία quidem, sicut & Κρονίδα, & Φιλώνδα, pro Αἰνείου, Κρονίδου, & Φιλώνδου, dici ait: sed à Doribus: quorum etiam esse ait Λάα & Ἀλεύα, ex Λάας & Ἀλεύας. At ego grammaticos ita debuisse hac de re scribere crediderim: Primæ declinationis nomina in ας, non in ου tantum sed etiam in α, genitiuum habent: & quidem vtrumque nonnulla. Nam à Πυθαγόρας, Ἀρχύτας Παυσανίας, habemus genitiuos, Πυθαγόρα, & Πυθαγόρου, Ἀρχύτα & Ἀρχύτου, Παυσανία & Παυσανίου. Idémque in quibusdam appellatiuis nominibus videre est: vt in πατραλοίας, μητραλοίας, ὀρνιθοθήρας, δευτερίας. At vero genitiuum horum, Μηνᾶς, Κοσμᾶς, Κηφᾶς, Λουκᾶς, Φωκᾶς, atque his similium, non vtrámque sed in α tantum terminationem habēt. *Paralip.p.*110, *&* 111.

*In p.*194, *v.*13. Perperā ab hoc, sicut à Clenardo atque aliis, hæc neutra, aut pleraque horum, ita afferuntur quasi sola in vsu sint: quum tamen masculina quoq; vsurpentur. nam δεσμοὶ quoque legi constat, nec non ἐρέτμοι & κύκλοι, & λύχνοι, & μοχλοὶ, & τράχηλοι. Sed & in pluribus talem generis metaplasmum sibi permiserunt poetæ: veluti quum μηρὰ pro μηροὶ, & ταρσὰ pro ταρσοὶ, & δόρπα pro δόρποι dixerunt. *Paral.*146.

*In p.*195, *v.*2. Imo vero nullum esse vsum huius genitiui ἑπταέτεος existimo: (quamuis à Clenardo etiam & alijs proferatur) sed tantum contractionem passi ἑπταέτους, siue ἑπταετοῦς nā hoc, sicut & cætera ex ἔτος composita controuersiam de accentu habet. *Hæc Steph paral.* 135. *Apud Herodotum sane* Ionice *legimus p.* 52. τριέτεα καὶ τετραέτεα χρόνον: *apud Platonem autem contracte*, παιδὶ δεκέτει *&* *rursum perispomenws*, τετραετεῖ καὶ πανταετεῖ καὶ ἐξαετεῖ ἤδη ψυχῆς. *de quib. in notarum libello fusius à me dictum est.*

*In pag.*197, *v.*18. Male ab vno eodémque nominatiuo hosce tres genitiuos (ἄρνητος, ἄρνος, & ἄρεος) deducit: quibus vnum atque alterum adiicere potuit; ἄρεος, per ο; & ἀρῶ. quinetiam tertium αἶρος, si quibusdam credimus) ex ἄρεος per contractionem factum; atque adeo quantum ἄρδος: si Antesignano fides est habenda. *Paralip.pag.* 143. *Et pag. s. qu.* Genitiuo ἀρῶ, *inquit*, non me-

memini me vllum ſcriptorem qui vteretur legere: multóque minus in vſu eſſe ἄρϑος crediderim. nec abſimile vero fuerit, perperam ex aliquo ſumptum eſſe loco, vbi adiectiuum eſſe nomen non animaduerteretur. *Hæc ibi Stephanus. Ego vero hic quoque acquieſcendum putabam in Laſcaris ſententia; donec certius aliquid cognoſcerem:* ὁ Ἄρης δὲ (*inquit ille p.* 131.) ἄρευ καὶ ἄρης ἄρητος, καὶ ἄρης ἄρεος ἄρευς· καὶ ἄρευς ἄρεος κοινῶς, καὶ ἄρηος ἰωνικῶς, καὶ ἄρεως ἀττικῶς, καὶ ἄρϑος αἰολικῶς. *quomodo & p.*168, *tradit, apud recentiores Ionas dici* ἀχιλλεῖος, *& apud recentiores Aeolios* ἀχίλλϑος, *pro communi,* ἀχιλλέος, *à nominatiuo* Ἀχιλλεύς.

In *pag* 373. *num.*45. κολαςὸς dici putat: ex quo fieri ἀκόλαςος. Hoc certe eſt Græcæ linguæ fines propagare. *Ita Steph. præfationis pag.* 15. *& recte: ſi vſum ſpectemus, neque enim in vſu eſt nomen* κολαςός. *Nihil tamen impedit quominus deriuationis gratia ſic à* κολάζω *formatum dicamus, vt* θαυμαςὸς *&* ὀνομαςὸς *à* θαυμάζω *&* ὀνομάζω. *ſic etſi* φραςὸς *in vſu non eſt, legitime tamen à* φράζω *deriuari poteſt,* 182,5 *ad formandum inde compoſitum* ἄφραςος. *quod etiam de* εὔχαρις, ἀχάριςος, *aliiſque ſimilibus ſentiendum videtur.*

In pag. 386. *num* 69. Hoc in verſu Heſiodi, Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε, Ὤρη, quod *curam* ſignificat, putat declarare tempus. *Hæc Steph. præfationis pag.*16. *Itaque tenui ſpiritu legit* ὤρη, *Anteſignanus vero aſpirate* ὥρη.

*In pag.*386.*&* 390.*num.*75. Poeticæ autem licentiæ terminos dilatat, quum κακορεστάμενος ſcribit: vt ſi quis τετυφάμενος vſurpet nec animaduertit particulam poeticam κε pro ἂν, ſeiungendum eſſe, quum alio feratur. *præfationis pag.*16.

*In pag.*392. *num.*16. Διασαφέω Anteſignanus deducit à nomine ὁ καὶ ἡ διασαφής: perinde videlicet ac ſi quis verbum διαφανερόω inueniens, & διαρθρόω, & διαβεβαιόω, etiam διαφάνερος, & διαρθος, & διαβέβαιος dici, atque ab his nominibus verba illa originem habere contenderet. *præfationis p.*15.

In poſtremum Anteſignani tractatum, qui Thematis inueſtigan-

inuestigandi ratio inscribitur, pag. 324, v. 21: Verum libetne te, ex hac errorum sylua, mendosa fœmininorum in οι enumeratione, egressum in aliam ducam, adeo magnam vt illam præ hac syluulam sis appellaturus? Si hoc libet, eamus illam partem versus in qua de ratione inuestigãdi thematis agitur. Magnus enim ibi est catologus thematum, quæ quum ille vsitata esse dicat. sed parum; contra tamen, paucissimis exceptis omnino sunt inusitata: adeo vt tu, quum tuo præceptori fidem adhibens, ea vsurpabis, ridendum te ijs qui vel minimum in Græça lingua sunt exercitati, sis propinaturus. Nam ibi cum alia nobis proponit, tum vero ista, ἀγαίζω, αἰσθέομαι, ἁμαρτέω, ἀμείβω, ἀναινέω, obserua quam multa è barytonis circumflexa faciat, sicut & in aliqua eorum quæ sequuntur parte, βάθω, βλάζω, βλέπω, γάμω, δαρθέω, διδάχω, δραμέω, ἐθελέω, ἐλεύθω, (seu ἔλθω) ἔλομαι, ἐχθεύμαι, θέυω, θρέφω, θρέχω, vtrumque per θ, καύω, κλήζω, καλύβω, κρύβω, λάμβω, λέσχω, λύβω, μαχέομαι, μόρζω, πεπιθέω. Cuius dialecti sunt hæc verba? Antesignanicæ. Quid? illa dialectus ex barytonis circumflexa facit? facit certe, vt vides. Literam υ interiicit? ita: vt vides in θεύω & καύω, pro θέω & κάω. Sed videbis in pluribus si vlterius pergas, nam itidem πλεύω & πνεύω inuenies, pro πλέω & πνέω. Habere vero eam & alia multa sibi peculiaria, tum ex his cognosces, tum ex cæteris quæ tibi apud eũ vidẽda relinquo: quid est lectorẽ decipere, si hoc non est? quæ nusquã apud Græcos scriptores extent, ea in vsu, sed minus frequẽti, esse dicere. Nam contingit certe plerumq;, vt parũ vsitata, pro elegantioribus, tãquam raritate ea commendante, habeantur. At non decepit lectorem ille, nisi prius deceptus. hæc enim aliquo in vsu esse putauit. Fateor: verum, grãmaticos præsertim, non ea quæ putant, sed ea quæ sciũt, scribere oportet Alioqui hoc modo scribere, nihilo magis fuerit grammaticas institutiones quam somnia sua scribere. Ac eũ quidem qui tam rudis sit Græcæ linguæ, non dicere, Sciebam hæc aliquo in vsu esse, sed putabam, mirum non est: sed cũ velle etiam suæ ignorantiæ doctorem alijs esse, hoc

vero mirum est. *Hæc Steph. præfationis pag.* 14. *Ego quoque de horum thematum nonnullis monui ad p.* 324 *& sequ. Cætera parum vsitata dici interpretabar, pro rarissimi aut plane nullius vsus themata; sicut apud* Etymologum *& alios grammaticos multa multis in locis ponuntur verba, etiam sine vlla vsus mentione, quæ regularia quidem sunt, at tamen inusitata: vt quum inter alia idem* Etymol. *scribit,* βέλτερος, παρὰ τὸ βέλλω, ὅθεν καὶ βολὴ καὶ βέλος. *item,* εἴληφα, ἀπὸ τοῦ λήβω τὸ λαμβάνω· ὡσαύτως καὶ τὸ εἴληχα, ἀπὸ τοῦ λήχω τὸ λαγχάνω. *& alibi ponit* γένομαι, γείνομαι: *item* γνῶμι, κλῦμι, *& alia consimilia. non quòd illa verba vel frequenter vel infrequenter vsurpari senserit, sed quòd regulariter inde tempora & alia deriuata formari iudicarit. Immo à* βλάβω, *quod Stephanus inter alia explodit, non tantum* Etymol. *deriuat nomen* βλάβη, *sed etiam Anacreon cum* Homero *format inde passiuum* βλάβεται, læditur; *quod agnoscit etiam Hesychius. Quæ verò in hoc genere, & vbi vsitata sint, quotidiana lectione cognoscitur. Ac modus hîc seruandus est, nec præter ea quæ à classicis grammaticis sunt recepta, temere fingenda sunt noua. Quæ autem talia sint, etsi à me in* Ram. gr. *expositum est pag.* 238. *& deinceps; tamen infra quoque post coniugationum tabulas cum accessione aliqua declarabitur.*

Hæc itaque sunt quæ Stephanus nominatim in CLENARDVM *& Antesignanum annotauit. Quæ vero in cæteris etiam grammaticis, veteribus simul & recentioribus desideret, plenius apud eum in* Paralipomenis *edocebere.*

SYN-

SYNTAXEΩS COMPENDIVM, A FRID. Sylburgio conscriptum.

Cap. I.



DE Syntaxi sufficere poterant præceptiones à Clenardo traditæ 351 28. Quia tamen Colonienses quædam alia syntactica putarunt addenda, coacti sumus & nos Syntaxin aliquam condere; verbis quidem breuem, sed rebus tamen pro compendio satis amplam, illorum certè syntaxi & pleniorem & planiorem.

Principio igitur hoc sciendum, constructione mutari nonnunquam syllabicas vocum affectiones, & in contextu earum discedi aliquantum à præceptis etymologicis. Primum enim quantitates interdum mutat vocum constructio; ita vt finales syllabæ vel natura sua breues, fiant longæ; vel contra longæ fiant breues. Deinde accentum mutat, tum in alijs oxytonis, tum potissimum in encliticis. Tertiò litteras pro litteris interdum substituit. Quartò litteram aliquam vel ascîscit vel abijcit. Cuius postremi generis est multiplex per apostrophum siue crasis siue sinaliphe. Hæc latius hic explicare supersedeo, cum in Rameæ grammatices explicatione fusius à me tractata sint, *à pag. 274, vsque ad pag. 285.*

Conuenientia substantiuorum.

Cap. II.

NOminum porro inter se conuenientia, est non tantum adiectiuorum, sed etiam substantiuorũ. 1, Nam & substantiua interdum eodem casu ponuntur, cum alterum alteri declarationis caussa adijcitur: vt apud Ptolem. Ἄσωπὸς πόλις, *Asopus oppidum:* & cum articulo, ὁ Ζάρηξ τὸ ὄρος, *Zarex mons.* Item postposito articulo: Herodot. Ἱστιαῖος ὁ Μιλήτου τύραννος, *Histiæus Mileti tyrannus.* 2, Hic interdum substantiui appositi ellipsis

lipsis est: vt Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, s. υἱός, *Alexander Philippi filius.* Sic apud Lysiam, Ἀλέξιδι τῷ Ἀριστοδίκου, s. ἀδελφῷ: vt declarant sequentia, Ἀριστόδικον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἀλέξιδος. Interdum duplex hic ellipsis est, substantiui appositi, & participij: vt apud euangelistas, Μαρία ἡ Ἰακώβου, s. νομιζομένη μήτηρ, *Maria quæ Jacobi putabatur mater:* sicut adnotat Theophylact. 372. Sic apud Ptolem. Προῦσα ἡ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ ὄρει, s. κειμένη πόλις, *Prusa ad Olympum montem sita vrbs.* Eius generis alia notata in Ram. gramm. expl. 333, 1: & infra in syntaxi articuli, cap. 15. 3, Interdum in appositione fit enallage: vt Ἀθηνῶν πόλις, Τροίης πτολίεθρον, pro Ἀθῆναι ἡ πόλις, Τροία ἡ πόλις. (nisi potius ibi periphrasin esse velis; sicut in istis Homeri, βίη Πριάμοιο, pro Πρίαμος, ἲς Τηλεμάχοιο, pro Τηλέμαχος. Cuiusmodi à Latinis quoq; poetis vsurpata sunt; *Buthroti vrbs, Auentini mons; Odora canum vis, Fortis equi vis.* Similis periphrasis per substantiuum παῖδες, vsitata est etiam in prosa oratione: vt in Ram. gramm. expl. docui 335, 12. 4, In tali periphrasi pro genitiuo ponitur interdum adiectiuum: Theogn. Οὔποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν. ibi enim δουλείη κεφαλὴ pro δούλου κεφαλὴ ponitur: hoc autem, pro δοῦλος. Sic in prosa ὦ φίλη κεφαλή: pro ὦ φίλε) 5, Casus enallagen habere videntur ista Homerica, ἱππότα Νέστωρ, & μητίετα Ζεύς, νεφεληγερέτα Ζεύς, ac consimilia: quippe in quibus vocatiui terminatio posita sit pro terminatione nominatiui. 6, Aliquando in substantiuorum connexione, casus quidem similitudo retinetur, sed mutatur pars orationis. Aristot. Rhet. 2, περὶ δὲ ἔχθρας καὶ τοῦ μισεῖν, dicendum enim fuisset τοῦ μίσους.

Conuenientia adiectiui & substantiui.

CAP. III.

IN adiectiui & substantiui nominis constructione, sæpe substantiuum omittitur, & auditori subaudiendum relinquitur. vt Arist. Hist. anim. τὸ θῆλυ, ἀκινητότερον τοῦ ἄρρενος, s. ζῷον, γένος, vel simile quid. Sic Paulus ad Rom. 10, πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται, s. ἄνθρωπος. Eius generis alia multa notata in Ram. gram. expl.

expl.285,11. 2,In adiectiuo prima anomalia est generis.vt apud Hom.κλυτὸς Ἱπποδάμεια,pro κλυτὴ,*inclyta*.Sic apud Dionys. Halic. συμφορητὸς πόλις: γεγωνὸν φωνὴν: ἡμέρου ψυχῆς: βεβαίου συμμαχίας: αναγκαίου τροφῆς: δούλου ψυχῆς, & eius generis alia permulta, ad Thucydidis & aliorum Atticorum imitationem vsurpata.Magis poëticam generis enallagen habent ista Hom. ἀὴρ βαθεῖα,αἰθὴρ δῖα: & contra θῆλυς ἐέρση, & apud Hesiodum θερμὸς ἀϋτμή,apud Nicandr.φολοέντος ἐχίδνης. 3,Secunda anomalia est numeri.Arist.Analyt. ἐξ ἀμφοῖν ψευδῶν.Hom.Il. ψ,ἑκάτερον δ' θυμὸς ἑκάστου νίκης ἱεμένων. 4, Hanc siue generis siue numeri anomaliam facit plerumque Synthesis, hoc est structuræ ad intellectum relatio: vt apud Athen. ex Machaone comico, ἡ Γναθαίνιον, ἡ Γλυκέριον. Sic Pausan. 141, Διοσκούρων ἀγάλματα, φέροντες τὰς Λευκίππου. in priori enim loco articulus respicit fœmininum ἑταίρα; in posteriori, participium refertur ad masculinum Διόσκουροι. Eius generis alia notaui in Ram. gr.expl.287, 288. 5,Cum verò pluribus substantiuis vnum adiectiuum tribuitur,commune istud adiectiuum aliquando propiori substantiuo respondet per Zeugma: vt apud Homer.Παρθένικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.Aliquando per Syllepsin respondet digniori, etiam remotiori: vt Paus.141,20.πύργοι καὶ ἐπάλξεις εἰσὶν ἀνῳκοδομημένοι. 6,Hæc substantiua si rerum sint inanimarum, adiectiuum sæpe neutro genere ponitur. Arist. De anima, ὅταν ὁ λόγος καὶ ἡ ἐπιθυμία ἐναντία ὦσι. 7, Nonnunquam tamen etiam animatis adiectiuum neutrum tribuitur. Isocr. Nicocle, περὶ πλείστου ποιουμένους τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ μάλιστα ὀργιζομένους τοῖς εἰς ταῦτα ἐξαμαρτάνουσι. 8, Substantiuum interdum in hac constructione mutato casu partitiue ponitur. vt apud Isocr. οἱ σπουδαῖοι τῶν ἀνθρώπων, pro οἱ σπουδαῖοι ἄνθρωποι. Sic apud Polyb. τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, *grauis armatura*. Id structuræ genus Plinius quoque non raro imitatur;vt lib. 8, *nigræ lanarum nullum colorem bibunt*; pro, nigræ lanæ. 9,Rursum hæc enallage interdum fit per periphrasin. Dionys.Halicarn. χρῆμα βοσκημάτων οὐκ ὀλίγον, pro οὐκ ὀλίγα βοσκήματα. sicut Latini quoque *Magnam pe-*

corum vim, pro *Multa pecora.* 10, Ea periphrasis habet interdum ellipsin substantiui: vt, τὸ βαρβαρικὸν τῆς γλώττης: τὸ Ἰωνικὸν τῆς στολῆς. ibi enim subauditur substantiuum σχῆμα vel aliud consimile: breuius autem dici potuisset ἡ βαρβαρικὴ γλῶσσα, ἡ Ἰωνικὴ στολή. Sic in istis, τὸ ἄδικον τοῦ ἄρχοντος: τὸ πρόθυμον τῶν ἱππικῶν, subaudiri potest λῆμμα, vel tale quid. (quamquam ibi alij adiectiua neutra malunt esse posita pro substantiuis ἡ ἀδικία, ἡ προθυμία: sicut apud Lucianum in Rhet. magistro, ἀγρυπνίαν, ὑδατοποσίαν, καὶ τὸ ἀλιπαρές, tale adiectiuum cum substantiuis coniungitur) Eius generis est illud Demosth. εἰς τοῦθ' ἥκει ἀναιδείας: & istud Herodiani, εἰς τοσοῦτον προεχώρησεν ὕβρεως: subaudito subst. μέτρον, aut simili alio. illic enim breuius dici potuisset εἰς τοσαύτην ἀναίδειαν: hîc, εἰς τοσαύτην ὕβριν. Sic Plinius, *eo insolentiæ processit*; pro, ad tantam insolentiam, & Valer. Maxim. *vt huc indignitatis veniretur*; pro, ad hanc indignitatem. Eiusdem generis est etiam istud Aristot. οὐ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. ibi enim primum τὸ νέον elliptice positum pro τὸ νέον τῶν ἀνθρώπων γένος: & hoc deinde periphrastice pro breuiore loquendi genere οἱ νέοι ἄνθρωποι. 11, Interdum enallage, ellipsis, & periphrasis concurrunt: vt in istis sacræ scripturæ locutionibus, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας: ὁ οἰκονόμος τῆς ἀδικίας. ibi enim plenior structura esset ὁ τῆς ἁμαρτίας δοῦλος ἄνθρωπος: breuius autem loquendi genus, ὁ ἁμαρτωλὸς ἄνθρωπος. Rursum in istis, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας: τὰ τέκνα τῆς ὀργῆς, subaudire possumus adiectiuum ἔνοχος, *obnoxius*; & breuius pro eisdem dicere, ὁ ἐξώλης υἱός: τὰ ἀποδεδοκιμασμένα τέκνα. 12, Adiectiui periphrasis fit interdum per articulum & præpositionem, subaudito participio: vt ὁ ἀπ' Ἰωνίας τρόπος: ὁ μετ' εὐκλείας θάνατος. breuius enim dici posset ὁ Ἰωνικὸς τρόπος, & ὁ εὐκλεὴς θάνατος. sicut Latini quoque *Vitam cum turpitudine coniunctam*, pro Vitam turpem. 13, Adiectiuum vsurpatur interdum etiam pro aduerbio. Homer. εὗδον παννύχιοι. Herod. 88, πάννυχος λύχνος παρακαίεται. sicut Gellius quoque de Socrate; *stare solitus pertinaci statu perdius atque pernox*: pro, per totum diem totamque noctem. Crebrius hoc fit in neutro gen. vt ὀξὺ

βλέπειν.

βλέπειν, *clare cernere*. Sic Polyb. ταχὺ συναθροισθέντα, *cito congregata*. At Homericum istud, ὀξέα κεκληγὼς, & istud Aristoph. δεινὰ κεκραγὼς, peculiaria sunt poesi: vt etiam istud Virgilij, *stabat acerba fremens*. Frequentissime quoque aduerbialiter vsurpantur comparatiua singularia, & superlatiua pluralia. Plutarch. φορτικώτερον ἢ φιλοσοφώτερον διαλέγεσθαι, *fastuose magis quam philosophice disserere*. Plato, ᾧ κάλλιστα καὶ ἄριστα τρέφεται τὸ ἀνθρώπειον γένος, *quo pulcherrimè atque optimè alitur humanum genus*. 14, Generis enallagen habere videntur ista; apud Demosth. πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεί: &, ἄπιστον ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς. Sed est in eis potius ellipsis; eaque duplex, & verbi scilicet substantiui, & nominis. Desideratur enim ἐστὶ, seu χρῆμα πέφυκε: vt Dionys. Halicarn. de dictatura loquens, ait, μέγα τι καὶ θαυμαστὸν ἐφαίνετο εἶναι χρῆμα. Sic Silius lib. 4, *Mite & cognatum est homini Deus*. & Virgil. Bucol. *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres*. 15, De articuli cum alijs orationis partibus structura, eiusdemque vsu, & enallage, dictum Ram. gram. expl. 289, 13: dicetur etiam infra, cap. 15.

Substantiuorum rectio.

CAP. IIII.

Substantiuum à substantiuo cum regitur, genit. casu ponitur, significatione varia. vt, ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. Sic adiectiua substantiue posita: Ram. gramm. expl. 332, 17. 2, Enallage hic nonnunquam fit per periphrasin. vt, ἀτυχία ἡ περὶ τὸν βίον, pro ἡ τοῦ βίου ἀτυχία. Sic κοινωνία ἡ ἐν τοῖς κινδύνοις. 3, Poëtica enallage est, quum interiecta copula, duo substantiua eodem casu ponuntur quorum alterum genitiuo casu poni aut adiectiue efferri deberet: vt Iliad. γ, ὁπποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται, pro ἡ θανάτου μοῖρα, seu ἡ πεπρωμένη μοῖρα, *sors fatalis*. Sic Theognis, μὴ πίνειν ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου: pro κυνὸς τοῦ ἄστρου, seu composite κυνάστρου, ἀστροκύονος. Virgilius quoque sic dicit, *pateris libamus & auro*, pro, pateris aureis. Id grammatici nunc ἓν διὰ δυοῖν, nunc δύο δι' ἑνὸς appellant. 4, Ellipsis est in materialibus illis, στέφανος κισσοῦ: αὐλὸς καλάμης: βωμὸς λίθου. subaudien-

ſubaudiendum enim participium πεποιημένος, cum præpoſ. ἐκ: vt plenius oſtendi Ram. gramm. expl. 388, 2. 5, Ellipſis eſt etiam in adiunctis laudis aut vituperij. vt, ἀνὴρ μεγάλης βουλῆς. ſubintelligitur enim vel adiectiuum μέτοχος, πλήρης: vel participium ὤν, aut aliud tale. Sic cum Xenophon dicit, στολὴ τῶν καλλίστων, ſubauditur adiectiuum partitiuum μία, vel participium οὖσα. 6, Frequens etiam ellipſis eſt in exclamationibus. Demoſth. De falſa legat. ἀλλὰ δὴ τὰ τῆς ἐξουσίας. ſ. πηλίκα ἐστί. Latine dixeris, *ſed o licentiam*. Eurip. ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. & Theognis, Οἴμοι ἐγὼ ἥβης καὶ γήραος. In his enim ſubauditur ἕνεκα, vel ſimile quid. Item ſine exclamatione: Æſchyl. αὐθαδίας φρενῶν: vt Latini quoque *Integer vitæ*, ſ. ratione habita.

. Quædam ſubſtantiua κατὰ συμπάθειαν (vt Priſcianus vocat lib. 11.) duplicem admittunt caſum, reſpectu diuerſo. Sic Plato dicit τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, quæ alibi vocantur τὰ κοινὰ τῇ πόλει. & Ariſtot. Rhetor. ad Alex. 190, 13, τὸ συμφέρον τῆς πόλεως, pro τὸ συμφέρον τῇ πόλει. 2, Quædam cum datiuo conſtruuntur ratione commodi, aut alius ſignificationis conſimilis. vt cum Ariſtot. De mundo νέμεσιν dictam ait ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Sic in Rhet. ad Alex. 198, 5, τοῦ πράγματος μὴ εἰδόσι εἰδήλωσις, *expoſitio qua res enarratur ijs qui neſciunt*. Ram. gramm. expl. 341, 22.

Adiectiuorum rectio.

Cap. V.

GEnitiuum regunt adiectiua quæ ſignificationem habent. 1, Copiæ ſeu plenitudinis, & contra inopiæ ac vacuitatis. Herod. λήματος πλήρης. Dionyſ. Halicar. μεστὴ θορύβου. Sophocl. φίλων ἔρημος. Luc. κενὴ οἴστων ἡ φαρέτρα. Sic participationis & contrarij: R. 338, 22. 2. Scientiæ & ignorationis. Thucyd. ἔμπειρος πολέμων. Iſocr. ἄπειρος λόγων. 3, Studij, curæ; & contra alienationis ac contemptus. Ariſt. ὀρεκτικοὶ μεγάλων. Idem, φειδωλικοὶ χρημάτων. viſe & R. 338, 29. 4, Pretij Demoſth. πολλοῦ ἄξια. Ariſt. πάντα τὰ ὤνια εἶναι πλούτου. 5, Partitiua. Pind. χρ πίνων πολλοί. Demoſth. οὐδὲν τῶν δεόντων. Sic μόνη τῶν

πόλεων,

πόλεων, *sola ex ciuitatibus.* 6, Ordinis. Thucyd. ἀρετῇ οὐδενὸς ὕστερος. Athen. νέμων ἱμπειρίᾳ οὐδενὸς δεύτερος. vt Virgil. quoque, *nulli virtute secundus.* At μέσον ἀμφοῖν, *medium inter vtrumque.* 7, Comparatiua. Athen. κακώτερον λεβηρίδος. Item cum plurali genitiuo: Marci 6, πάντων τῶν λαχάνων μείζων. vbi quædam superlationis est significatio. Superlatiua enim pluralem genitiuum postulant: vt apud Aristot. χείριστον πάντων. Interdum his additur datiuus modi. Aristot. De cælo, μεῖζον βάρος βαρὺς βάρει. Dionys. Halic. μακρῷ κράτιστος πάντων. Nonnunquam pro datiuo accusatiuus additur, subaudita præpos. κατὰ, παρὰ, vel simili. Bion, πόσον ἀφαυρότερος μήνης ἐστὶν ἔξοχος ἄστρων, Homer. πάντων πολὺ φίλτατος. ibi enim πόσον & πολὺ idem valent quod πόσῳ *tanto*, πολλῷ *multo.* Comparatio instituitur etiam eiusdem; sed diuerso respectu. Aristot. τότε αὐτὸς αὐτοῦ δυσχερέστερός ἐστι. Herodot. τῇ βαθυτάτῃ αὐτὴ ἑωυτῆς. Cicero in eo loquendi genere vtitur periphrasi; *Cæteros à Crasso semper omnes, illo autem die etiam ipsum à sese superatum.* Vise & Ram. gramm. expl. 333. & seq.

Enallage in his quoque fit interdum periphrastica: vt cum pro genitiuo ponitur præpositio cum suo casu. Xenoph. ἐμπειρότερος περὶ τὰ ναυτικὰ βούλεται εἶναι. Theophr. φροντιστικώτερα περὶ τὴν σοφίαν. Aristoph. Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς. Dicendum enim fuisset τῶν ναυτικῶν, τῆς σοφίας, τῶν ποιητῶν. Sic Latine quoque dicimus interdum, *Peritus in agricultura, Præstantissimus inter poetas.* 2, Contra, brachylogia est in istis: Dionys. Hal. 174, 42, διπλασίαν τῆς προτέρου. significat enim διπλῷ μείζω, *duplo maiorem priorem.* Sic Aristot. Eth. 7, μυριοπλάσια γὰρ ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου, *homo malus, infinitis modis plura mala perpetrauerit quam bestia.* 3, Rursum casus similes sunt nonnunquam in partitiuis. Appianus, ὥσπερ ἀνθρώποις ἅπασιν ἑκάστῳ. regula enim postulat genit. ἀνθρώπων ἁπάντων ἑκάστῳ, *vnicuique inter quos vis homines.* sic Herodot. οὐνόματα δὲ τοῖσι οὔρεσι, τῷ μὲν, Κρῶφι, τῷ δὲ, Μῶφι. Vise & R. 338, 9. 4, Ellipsis partitiui est in illo γὰρ τῶν φίλων, s. εἷς, *es enim vnus ex amicorum numero.* Sic apud Strab. Ἑρμιόνη δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων, *Hermione*

mione vna est è non obscuris vrbibus.

Datiuum regunt adiectiua quæ significationem habent. 1, Commodi vel incommodi: Xenoph. ὠφέλιμόν τι ἀνθρώπῳ καὶ ἀγαθὸν εἶ). Hesiod. ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσι. 2, Amicitiæ & contrarij. Homer. φίλος ἀνθρώποις. Aristoph. ἐχθρὸς θεοῖς. Sic æmulationis & studij. Isocr. ἐφάμιλλος γένησῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασι. 3, Moris & consuetudinis. Dionys. Halicar. πάτρια τοῖς τότε, *vsitata illius ætatis hominibus*. 4, Vicinitatis, æqualitatis, similitudinis; & contrarij. Plato epist. γείτονες ἡμῖν. Homer. ἴσον ἴσοι. Demosth. ὅμοια ἢ παραπλήσια τούτοις. Sic ταὐτὸν ἐκείνῳ, *idem cum illo*. 5, Facilitatis, & contrarij. Aristoph. πόριμον ἑαυτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον. 6, Proprietatis & communionis. Aristot. ἴδιον τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις. Plato, ἔργον πᾶσι κοινόν. 7, Pleraque cum ὁμοῦ & σὺν composita, datiuum asciscunt vi præpositionis. Herod. ὁμόφωνα σφίσι. Plato, συντρόφους καὶ συνήθεις ταῖς τοιαύταις ὄψεσι. 8, Datiuum asciscunt etiam multa verbalia, ad verborum suorum imitationem. Arist. Rhet. 1, προετικὸς τοῖς τυχοῦσι, *quibusuis (seu in quosuis) profundere solens*, Idem Rhet. 3. προσεκτικοὶ δὲ τοῖς μεγάλοις, τοῖς θαυμαστοῖς, τοῖς ἡδέσι, τοῖς ἰδίοις, *animum attendere solent rebus magnis*. Idem Eth. 1. τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικός. Idem Eth. 8, ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ. 9, Modus etiam & causa hoc casu exprimitur. Aristot. ἴσα τῷ ἀριθμῷ ᾠά, *oua numero paria*. cuius generis alia paulo ante allata sunt in rectione comparatiuorum. Mixta signif. Alex. Aphrod. αἱ δὲ χρηστικαὶ τοῖς κληθεῖσι, *aptæ ad vtendum partis*. Vise & R. 341, 9.

Multa ex his pro datiuo adsciscunt interdum genitiuum, diuerso respectu: vt prolixius exposui R. 341, 30. Sic Dionys. Hal. 266, 37. ἀλλότρια τοῖς τυράννοις ἐστί: & 308, 11, ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς τὸν ἄνδρα. 2, Quædam præter datiuum adsciscunt etiam genitiuum. Aristot. Metaphys. ὁ ἄλλοις ἐμποιητικὸς τῶν τοιούτων λόγων. 3, Ellipsis quoque hic interdum incidit. Anacr. τί γὰρ μάχαισι κἀμοί; Sic Ioann. 2, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; subauditur enim κοινόν ἐστι πρᾶγμα, vel simile quid; vt Latini dicunt, *Quid mihi tecum est negotij?*

Accusatiuũ adiuncti recipiunt adiectiua per ellipsin præposi-

præpoſitionis εἰς, κατὰ, περὶ, vel alius eiuſmodi. Xen. εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος. Sic Dionyſ.Hal. Λάρος ὄνομα, Πορσίνας ἐπίκλησιν, *nomine Lar, cognomine Porſena.* Idem, τὰ πολέμια ἄλκιμος: τὰ πολέμια γενναῖος: τὰ πολέμια λαμπρὸς, & huius generis alia multa. 2, Pro eo accuſatiuo vſurpatur interdum datiuus. Priore modo Herodot.84, ἐόντας τὸ μέγαθος εἰείκοσι πήχεων: poſteriore idem p.81, ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας. Interdum præpoſitio exprimitur. vt enim ſine præpoſ. Dionyſ. Halicarn. dicit τὰ πολέμια δεινότατος, ita Plutarch.cum præpoſ. οἱ περὶ ταῦτα δεινοί: & Ariſtot. δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν: & Ariſtoph. δεινὸς εἰς τὰ πάντα. Sic Virg.quoque, *acerrimus armis Hyrtacides:* &, *acer in armis Romanus.*

Infinitiuum quoque pro accuſatiuo capiunt adiectiua potentiæ, facultatis, & ſimilia. Thucyd. λέγειν τε καὶ πράττειν δυνατώτατος. Lyſias, ἱκανώτατος εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι. vt Virg. quoque — *ambo cantare periti.* Hom. θείειν δ' ἀνέμοισιν ὅμοιοι, *ſimiles ventis in currendo.* Eius generis apud Dionyſ.Halicarn. eſt, καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πιεῖσθαι, *aſpectu pulcher, potuque ſuauis.* Idem de Iſocr. elocutione, θαυμάζειν ἀξία, *admiratu digna,* ſignif. paſſiua: vt Ariſt.Hiſt.anim. δασὺ ἰδεῖν, *aſpectu hirtum ſeu hiſpidum.* —

Verbi & nominis conuenientia.

CAP. VI.

IN nominis & verbi conuenientia, quæ in numero ac perſona conſiſtit, varia eſt anomalia. 1, Pro nomine ponitur interdum verbum infinitiuum aut infinitiua oratio cum articulo. Menander, πολλῶν τε μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων. ibi enim τὸ ζῆν poſitum pro ἡ ζωή. Sic Cic. pro Mur. *Huic donis militaribus patris triumphum decorare, fugiendum fuit?* 2, Nomen, ſeu infinitiua oratio, interdum ſubaudiendum relinquitur. vt, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν: pro, τὸ ἀπολαύειν τούτου τοῦ ἀγαθοῦ: *vtinam mihi nunc bono iſto frui* (ſeu *boni iſtius fruitio*) *daretur.* Sic φασί, μυθολογοῦσι: item εἰώθασι, φιλοῦσι, ſ. οἱ ἄνθρωποι. vt apud Latinos quoque *Aiunt, Ferunt, Solent.* Sic item ἐβρόντησε *tonuit,* ἤστραψε *fulgurauit:* ὕοντο *pluat,*

νιφέτω *ningat*, & ſimilia 3, Verbi quoque duplex anomalia incidit. Nam & ipſum vel omittitur, ac modo ex antecedentibus ſubaudiendum relinquitur, modo extrinſecus intelligendum eſt: vel diuerſo numero ponitur, vt docui Ram. gramm. expl. 305, 15. Ellipſis crebra eſt verbi ſubſtantiui. Menander, πλεονεξία, μέγιστον ἀνθρώποις κακόν Ariſtot. Rhet. ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν. Enallage frequens eſt ea qua verbum ſingulare tribuitur nomini plurali neutro, more Attico. Ariſtot. vno eodemque in loco Atticam & communem ſtructuram coniunxit: Metaphyſ. 2, ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δὴ ὃ λέγονται. in priori enim commate Atticiſmum, in poſteriore ſimplex loquendi genus vſurpauit. 4, Contra Syntheſis appellatur, cum nomini ſingulari, ob ſignificationem multitudinis, tribuitur verbum plurale. Hom. ὥς φάσαν ἡ πληθύς. Pauſ. 331, 39, τὸ ἔθνος τὸ Αἰτωλικὸν ἀπέστελλον. Sic Virg. *Turba ruunt.* 5, De verbi periphraſi per participium & verbum ſubſtantiuum, dicetur in participio.

Quum vni verbo tribuuntur plura ſingularia, aut vnum collectiuũ pro plurali, numeri anomalia frequens eſt, Pauſ. 143, 39, ποταμὸς Ἠλέκτρα καὶ Κοῖος ῥέουσι. pro, *Electra & Cœus fluuij fluunt.* & 120, 24, τὸ πλῆθος ὥρμησεν ἀποκλειομένους τῆς μνήστηρος. illic enim à fronte anomalia eſt numeri; hic, à tergo anomalia eſt numeri & generis; ſignificatũ videlicet ſpectans, non vocem, ſenſus enim eſt, οἱ ὄχλοι ὥρμησαν ἀποκλ. 2, Verbum ſubſtantiuũ, inter diuerſi numeri nomina interiectum, ſæpe nõ habita potioris ratione, reſpõdet proximiori; eiq; interdum antecedenti: Pauſ. 144, 36, τῇ πόλει ἐστὶν ὅμορος Κολωνίδες, pro, *Colonides locus eſt vrbi confinis*. interdum ſequenti: Ariſt. Rhet. 1, αἱ γὰρ πίστεις ἔντεχνόν ἐστι μόνον. Sic Dionyſ. Hal. οὗτος ὁ χῶρος Μούκιοι λειμῶνες καλοῦνται. illic enim regula poſtulat plurale εἰσὶ, & hic ſingulare καλεῖται: ſicut Pauſ. 144, 41, ὄνομα ἦν αὐτοῖς Δρύοπες. Huc referri poteſt etiam hoc Ariſtot. Magn. moral. 61, 18, νοῦς μὲν δὴ, καὶ λόγος, καὶ ἐπιστήμη, παντελῶς ἀλλότριόν τι ἔοικεν εἶ). ibi enim verbũ, quod pluribus ſingularibus plurali numero reſpõdere debuiſſet, relatum eſt ad proximum ſingulare. 3, Verbo poſtpoſitum adiecti-

adiectiuum, sæpe aduerbij vicem obtinet Greg. Naz. εἰσελεύσεται δρομαῖος, *cursim* seu *curriculo introibit.* Participium verbo postpositum, significationem habet variam; vt infra suo loco dicetur.

Verborum rectio,

CAP. VII.

GEnitiuum regunt verba 1. Sensus Aristoph. ᾐσθῆσθαι ψόφου, *senserit strepitum.* Hesiod. ἄλλου ἀκούων, *ex alio audiens.* Xen. τίνων ὀσφραινόμενος; *quænam odorans?* Idem, τούτων γεύσασθαι, *hæc gustare.* 2, Memoriæ & obliuionis. Hom. μνῆσαι πατρὸς σεῖο, *memineris patris tui.* Luc. ἐπιλέλησται ἁπάντων, *oblitus est omnium.* 3, Curæ, & contra neglectus. Isocr. τῆς ψυχῆς οὐδὲν φροντίζοντες, *nihil curantes animum.* Herodian. τῆς ἀληθείας ὀλιγωροῦσι, *veritatem negligunt.* 4, Desiderij seu appetitus. Dion. Hal. ἐρῶντες δυναστείας, *potentiam appetentes.* Demosth. ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι *imperium concupiscere.* 5, Tangendi, apprehendendi. Pind. φθόνος ἅπτεται τῶν ἐσλῶν, *tangit & arripit bonos.* Dionys. Halicarn. ἐπιληψόμενοι τοῦ ἀνδρὸς *virum arrepturi.* Sic contra Abstinendi & Dimittendi. Aristoph. οἴνου τ' ἀπέχειν καὶ γυμνασίων, *abstinere à vino & exercitijs.* *Idem,* τούτου μὴ μεθίεσθαι *hunc non dimittere.* 6, Incipiendi & Desinendi. Thucid. μάχης οὐκ ἦρχον. Isocr. λῆγε τῶν πόνων. Æsop. παῦσαι τοῦ κλαίειν. Sic Horat. *Desine mollium querelarum.* 7, Assequendi & contra Aberrandi. Plato, τοῦ σκοποῦ τευξόμενος, *scopum assecuturus* Polyb. τετευχότες σχολῆς *nacti otium.* Herod. ψευσθεὶς ἐλπίδος, *spe falsus seu frustratus.* 8, Communicandi & contra Priuandi. Xenoph. μεταδιδόναι τοῦ βάρους, *communicare onus,* seu *oneris partem.* Idem, στερήσεται τῆς πόλεως *priuabitur ciuitate.* Sic Arcendi & Prohibendi. Dionys. Hal. εἴργοντες διαβάσεως, *prohibeant transitu.* Xenoph. κωλύειν τοῦ χρῆν, *impedire quo minus vrant.* 9, Copiæ & Indigentiæ. Arist. εὐπορεῖν χρημάτων, *abundare pecunijs.* Diodor. πληθύειν ἀνδρῶν, *abundare viris.* Paul. 2. Cor. 3. χρῄζομεν συστατικῶν ἐπιστολῶν, *indigemus commendatitijs literis.* Dionys. Hal. σπανίζουσι τῶν ἀναγκαίων, *laborant penuria rerum ad vitæ sustentationem necessariarum.* Sic Implendi & Vacuandi.

cuandi. Demosth. τοσαύτης παρανομίας καὶ μανίας ἐνέπλησε τοὺς ταλαιπώρους, *tanta iniquitate ac furore impleuit miseros*. Aristot. Probl. κουφισθεὶς τοῦ πάθους, *malo leuatus*. Item Liberandi. Philo, δεσποίνης χαλεπῆς ἐλευθερωθεὶς, *domina difficili liberatus*. Isocr. ἀπηλλάγησαν δουλείας, *liberati sunt seruitute*. Apollonius, ῥύσασθε λύμης, *liberate à calamitate*. 10, Participandi. Dionys. Halicarn. μετέχειν τῶν ἴσων, *æquale ius participare*, seu *æquali iure esse*. 11, Fruendi. Isocr. ἀπέλαυε τῶν παρόντων, *fruebatur præsentibus*. Huc pertinent illa, φαγόντες ἐχίδνης, *cum de vitupera comederunt*: πίοντες οἴνου, *cum de vino bibissent*, apud Aristot. & alibi. 12, Emendi & Vendendi. Xenoph. πρίασθαι ταλάντου, *emiße talento*. Matth. 10, πωλεῖται ἀσσαρίου, *venduntur asse*. 13, Imperandi & Dominandi. Isocrat. τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, *imperare famulis*. Polyb. δεσπόζειν τῆς ἄλλης Σικελίας, *reliquæ Siciliæ dominium obtinere*. Idem, Σικελίας κυριεῦσαι, *Siciliæ dominari*. 14, Accusandi; damnandi, absoluendi. Theophr. Charact. ἀπάγεσθαι κλοπῆς, *furti reum agi*. Luc. ἀπολυθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, *absolutus criminis*, seu *à crimine*. 15, Admirandi. Isocr. θαυμάζω δὲ τῶν πρεσβυτέρων, *miror autem seniores*. 16, Dolendi. Eurip. Ἑλλάδος τῆς ταλαιπώρου στένω, *Græciam miseram deploro*; seu, *Græciæ vicem defleo*. 17, Distandi & Discrepandi. Aristot. πολὺ ἀλλήλων διεστῶτα, *longe à se inuicem distantia*. Luc. οὐδὲν τῶν κοράκων διαφέρουσι, *nihil à coruis differunt*. Sic Excellendi, & contra. Isocr. προέχειν τῶν ἄλλων, *cæteros antecellere*. Item Superandi. Xenoph. κρατεῖν τῶν ἡδονῶν, *superare voluptates*. Gregor. ἡττήθη τῆς γεύσεως, *à gustu superatus est*. 18, Esse; in significatione possessionis, pertinentiæ, causæ. Heliodor. μὴ τῆς ὀργῆς γίνου ὅλος, *ne prorsus iræ succumbe*. Basil. σεαυτοῦ γενέσθαι πάλιν, *rursus tui fieri compotem*. Aristoph. πλούτου δ᾽ ἐστὶν ὑβρίζειν, *diuitiarum est insolescere*. 19, Esse in Ortus significatione. Homer. αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, *bono sanguine ortus es*. 20, Esse, in adiunctæ laudis aut vitij significatione. Aristot. Hist. anim. τὸ θῆλυ ἀκακώτερον τοῦ ἄρρενος, καὶ ἐλάττονος τροφῆς ἐστι, *& paucioris cibi est*. id est, *minori alimento indiget*; seu, *minus comedit & bibit*. 21, Pars quoque hoc casu solet exprimi. Luc. ἕλκει σε ῥινὸς, *trahit te naso*.

22, Ma-

22, Materia quoque hoc casu enuntiatur. Herodian. πεποιημένον μυλίτου λίθου, *factum molari lapide*. Æschyl. τοῦ λιβανωτοῦ θυμιᾶν, *thure suffitum facere*. 23, Tempus quoque hoc casu exprimitur, cum quæstio est Quando Paul. 2. Thess. 2, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, *nocte & die laborantes*; seu, *noctu pariter atque interdiu*. Dionys. Halic. σκότους ἀπιόντες ἀτάκτως, *per tenebras, noctu*. Xenoph. ὀλίγου χρόνου παρέσται, *breui tempore* (seu, *intra breue tempus*) *aderit*. Sophocl. οὐ μακροῦ χρόνου μέτεισι, *intra tempus non longum persequitur*. Vise & Ram. gr. 389, 11. 24, Denique multa genitiuum regunt vi præpositionis cum qua sunt composita. Luc. ἀπωθεῖν τοῦ συμποσίου, *aspellere à conuiuio*. Aristoph. ἐκβαλῶ τῆς οἰκίας, *eijciam domo*. Galen. προέρχεσθαι τῆς οἰκίας, *prodire domo*. Aristoph. ταυτὶ καταχέω σου, *hæc aduersus te* (*seu in te*) *effundo*.

Horum quoque multa vel ellipsin aliquam habent, vel alium casum alio respectu asciscunt; vt in Ram. gr. expl. 350, & seq. prolixe docui.

Datiuum regunt verba 1, Dandi & Adimendi. Homer. δῶρον σοι τοῦτο δίδωμι, *do tibi hoc donum*. Idem, σῖτον μέν σφιν ἀφεῖλε, *cibaria illis ademit*. Sic Tribuendi seu Attribuendi. Sophocl. τοῖς φίλοις τιμὰς νέμειν, *amicis honores tribuere*. Dionys. Halicarn. προσάπτειν θεοῖς ἀνάξια, *dijs res indignas adscribere*. 2, Commodandi & Incommodandi. Isocr. λυσιτελεῖ τῇ πόλει, *prodest reip*. Idem, φθονοῦμεν τοῖς προέχουσι, *inuidemus ijs qui eminent*. 3. Promittendi & Minandi. Plutarch. ὑπισχνούμενος αὐτῷ ποιήσειν, *promittens illi se facturum*. Luc. οἷα ἡμῖν ἠπείλησε, *qualia nobis minatus sit*. 4, Irascendi & Ignoscendi. Matth. 5, ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ, *qui irascitur fratri*. Eurip. συγγνώσεταί σοι τὴν ἁμαρτίαν, *ignoscet tibi peccatum*. 5, Credendi & Diffidendi. Marci 1, πιστεύετε τῷ εὐαγγελίῳ, *credite euangelio*. Isocr. ἀπιστῶν τοῖς πεπραγμένοις, *diffidens rebus gestis*. 6, Obsequendi & Repugnandi. Act. ap. 5, πειθαρχεῖν θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, *obedire Deo magis quam hominibus*. Iacobi 4, ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, *obsistite diabolo*. Sic item Pugnandi. Plato epist. 7, πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται, *pugnabit cum multis testibus*. Homer. οὐκ ἄν μοι ἐρίσσειεν, *non contenderit mecum*. 7, Appropinquandi. Dionys. Hal.

ἐγγίσας

ἐγγίσαι τῇ πόλει, *cum appropinquaſſet vrbi*. Iſocr. τοῖς λόγοις πλησιάζειν, *litteris ſtudere*. 8 Sequendi. Hom. ὄφρα τοι αὐτὸς ἕπωμαι, *vt ipſe te ſequar*. Lucæ 5, ἀκολούθει μοι, *ſequere me*. 9, Seruiendi, & miniſtrandi. Lucæ 4, διηκόνει αὐτοῖς, *miniſtrabat eis*. Iſocr. ταῖς ἡδοναῖς δουλεύειν, *ſeruire voluptatibus*. Lucæ 4, αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, *ei ſoli ſeruies*. 10, Adorandi, ſupplicandi, precandi, Paul. 1. Corinth. 14, προσκυνήσει τῷ θεῷ, *Deum adorabit*. Demoſth θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, *omnes deos deaſque precor*. 11 Hortandi. Ariſtoph. παραινῶ σοι σιωπᾶν, *hortor te vt taceas*, vel *ſuadeo tibi* 12, Iubendi, Mandandi. Dyonyſ. Hal. 32. 42. κελευσθὲν αὐτοῖς *cum iuſſum* (*id eſt imperatū*) *eis eſſet*. Matth. 15. ὡς προσέταξεν αὐτῷ, *vt mandarat ei*. 13 Increpandi, Obiurgandi. Iſocr. τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν, *delicta reprehendere*. 14, Occurrendi Incidendi. Soph. ἀντιάσας σοι, *obuiam tibi factus*. Ari. Eth. ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ, *ſi in Priamicas calamitates inciderit*. 15, Conueniendi ſeu congruendi. Dion. Hal. ὡς ἥρμοττέ μοι ζῆν, *vt mihi conueniebat viuere*. Sic Decendi. Ariſtot. ἃ πρέπει ἐλευθέροις *quæ liberos decent*. 16, Sufficiendi. Plato εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσει ταῦτα, *ſi hæc ei non ſufficerint*. Plutarch, ἀρκεσθεὶς τούτοις, *his contentus*.

17, Placendi, Diſplicendi. Thucyd. εἰ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τούτοις δ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν, *ſi compluribus placemus, his ſolis haud iure diſplicuerimus*. Xeno. οἷς ἀπήχθετο, *quibus exoſus erat*. 18, Eſſe; in habendi ſignif. Ariſtoph. ὅσοις οὐκ ἦν ἄλφιτα, *quibus non erat farina*, id eſt, *qui non habebant quo viuerent*. 19, Datiuum etiam aſciſcunt multa vi præpoſitionis ἐν & σύν. Thuc. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις, *manere in pactis*: id eſt, *ſtare pactis, ſeruare pacta*. Plato epiſt. ξυγγιγνόμενος ἄλλοις, *cum aliis verſans*. Sic pleraque compoſita cum præpoſ. ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς, in ſignif. ſupra expoſitis, aliiſue conſimilibus. Xen. τούτοις ἀντιλέγων, *his contradicens*. Plut. ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ, *manus admouere operi*; *ſeu opus aggredi*. Sophocl. τούτῳ παρέστης *huic adſtitiſti* ſeu *affuiſti*. Greg. Naz. προσδραμεῖν τῷ δωρήματι, *accurrere ad donum*. 20, Datiuo etiam caſu enuntiatur actionis paſſioniſue cauſſa inſtrumentum, modus. Cauſſa: Ariſtot. χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι

οἷς

οἷς δεῖ, *gaudio & mærore affici ob quæ oportet*, Aristoph. τούτοις ἄχθεσθαι, *his offendere, hæc ægrè feres* Xenoph. ἥδεσθαι τοῖς τοιούτοις, *talibus delectetur, è talibus voluptatem percipiat*. Sic Hom. ἀλκὶ πεποιθὼς, viribus fretus. Insigne exemplum hic est Pauſ. 132. 39. ἀνανδρίᾳ γὰρ, καὶ ὑπὸ δέους, καὶ οὐ διὰ κακίαν οὐδεμίαν, φυγεῖν αὐτόν. ibi enim Datiuus causalis mox effertur per præpoſ. causales ὑπὸ *præ*, & διὰ *propter*. Instrumentum: Aristot. Oecon. ἠθμῷ ἀντλεῖν, *colo haurire*. Modus Aristoph. ῥώμῃ πράττειν, γνώμῃ βουλεύειν, *animo & mente deliberare, virib. exequi*. Demosth. κρατούμενοι τῷ πολέμῳ *bello victi*. 21 Mixtæ signif. est χρῆσθαι τοῖς παροῦσι, *uti præsentibus*, apud Isocr. & alibi. 22, Temporis quoque notatio fit hoc casu, vt εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, *totis viginti annis peregrinatus*. Plato, χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ πάσα μετέπεσε, *intra tempus non longum*, Dionyſ. Hal χρόνῳ δ' ὕστερον, *aliquanto post tempore: vel, post progressu temporis*. 23, De ellipsi præpoſ. σὺν, seu aduerbij ἅμα, viſe R. gr. 372. 25. 24, Attice interdum pro datiuo vſurpatur accuſatiuus; vt in ſeq. structuræ classe dicetur.

Accuſatiuus asciſcunt verba actiua varij generis, quibus ſcilicet persona vel res affici aliquo modo significatur, vt ἀδικεῖν τοὺς φίλους, *amicos iniuria afficere*, ſic Aristot: τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι, *mare tractare*. ſic Item ἐσθίειν κρέα, οἶνον πίνειν, *carnes comedere, vinum bibere*: & conſimilia. 2, Interdum verbo verbale ſuum additur: 354. 31. Herod τίνα λέγεις λόγον: Idem 99, ἔπρησαν τὰ πρήγματα. Matth. 2, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. Sic Latini quoq; *Suum gaudere gaudium, Duram ſeruire ſeruitutem*, & ſimilia, Apud Ariſt. in Polit. eſt non tantum ἄρχειν δεσποτικὴν ἀρχὴν, *herili imperio regere* ſed etiam paſſ. ἄρχεσθαι δουλικὴν ἀρχὴν *ſeruili imperio regi*. In quibus vt pleonaſmi quædam ſpecies eſt, ita in illis quæ cum nomine aliquo ſunt compoſita. Homer. νέκταρ ἐῳνοχόει Iſocr. οἰκονομεῖν τὸν βίον. Sed quemadmodum in ſuperiorum pleriſque ita etiam in his dici poteſt emphaſis quædam eſſe. nam νέκταρ ἐῳνοχόει ſignificat *infundebat nectar vt pincerna qui vinum infundit*, & οἰκονομεῖν τὸν βίον, eſt *vitam ita inſtituere vt peritus œconomus res domeſticas*. Sic

1 Cor.

1 Cor. 6. *βασιλείαν θεοῦ κληρονομεῖν* eſt *regnum Dei velut hereditatem adire.* 3, At il. ι, Οὐχ ὅγ᾽ ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται ſignificat vel *Per furorem hæc agit*: vel, *In his inſanit ac furit*. 4, Sunt enim multa quæ accuſatiuum aſciſcunt per ellipſin præpoſitionis. vt Alex. Aphr. ἱδροῦσι τὰς μασχάλας pro περὶ τ. μ. Ariſtot. τὸν τε νοῦν καὶ τὸ σῶμα διαφθαρέντες, *vitiati & animo & corpore*. Sic Eurip. τἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών. vt Latine quoque, *cetera pietatem cole*; pro In cæteris. 5, Similis ellipſis ſtatui poteſt in temporis expreſſione. Demoſth. μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, ſ. κατὰ *per omne vitæ tempus meminiſſe*. Idem χρόνον τινὰ παρέσχεν ἑαυτὸν *per aliquod tempus ſeſe præbuit*. Act. Apoſt. 20. τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην, *per totum triennium non ceſſaui nec noctes nec dies*. Ellipſis etiam quædam eſt in iſto apud Pauſ. 179, 23. ἐνίκα στάδιον παῖδας, *pueros vincebat in ſtadio*. 6, At in iſto Ariſtoph. μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς, non tam ellipſis poteſt dici præpoſitionis εἰς, quàm Attica enallage. Attici enim ſæpe accuſatiuos vſurpant pro datiuis. vt Plato, ἥτις αὐτὸν ἀρέσκοι, *quæ ipſi placeat*. Idem epiſt. 7. πολλὰ κακὰ δρᾶν τοὺς ἄλλους *multa mala ceteris facere*; ſeu *multis malis ceteros afficere*. cuius generis alia notata in R. gr. expl. 361, 5. 7, Accuſatiuus interdum finito verbo tribuitur qui iure ad infinitiuum pertinebat; vt infrà in infinitiuorum ſyntaxi docebitur.

Vocatiuum aſciſcunt verba imperatiui modi, & ſimilia. vt Heſiod. ἐργάζευ νήπιε Πέρσα, *labora ſtolide Perſa*. 2 Attice hic nõnunquam nominatiuus vſurpatur, vt Marci 5, ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκαθάρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου *exi ſpiritus impure*. Sic Virg. *Adſis lætitiæ Bacchus dator*, & Lucanus, *Degener o populus*. At in iſto apud Stobæum, ἀκούετε λεώς eſt præterea etiam numeri ac perſonæ anomalia.

Verba eadem cum caſu diuerſo,

CAP. VIII.

VErba, caſu variante, ſignificatione quoque variant vt plurimũ. Herod. πατρὶ τιμωρῶν *patris iniuriam vindicans*; ſeu *iniuriam patri illatam vlciſcens*: at Act. Ap. 26, τιμωρῶν αὐτοὺς, *perſequens & puniens eos*. Sic

Thuc.

Thuc. ἀμύνονται σφίσιν αὐτοῖς *defendunt seipsos*: at Plut. ἠμύνατο τοὺς πολεμίους, *propulsabat hostes*. Rursus, τὰ τῇ θερμότητι κοινωνήσαντα apud Plat signif. actiua, *quæ se ad calorem applicarunt*: at mixta signif. Isocr. ἐκοινώνησε συμφορῶν *calamitatum fuit particeps*. Item διαφέρει αὐτοῦ, *ab eo differt*: at διαφέρει αὐτῷ, *eius interest*, *eius refert*, Thuc. 2. Sunt tamen quæ eadem aut certè non multum diuersa significatione casum regunt diuersum; respectu scilicet diuerso.

Genitiuum & datiuum: vt Homer. Il. α, Τενέδοιο ἀνάσσεις, *Tenedum regis*: seu, *Tenedi regnum tenes*; & mox ibidem, Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, *Myrmidonas rege*: seu, *Myrmidonib. impera*. Eurip. πείθομαι σοὶ *obsequor tibi* Plato, πειθόμενος τοῦ νόμου, *legi obsequens*. 2, Item Genitiuum & datiuum instrumentalem seu modalem. Nonus, χάριτος πέπληθε *plenus fuit gratia*. Diodor. γῆν παντοδαποῖς καρποῖς πληθύουσαν *terram omnis generis fructibus abundantem*.

Genitiuum & accusatiuum. Aristot. αἰσθάνεται τῶν ὀσμῶν, *sentit odores*. Idem, αἰσθάνονται τὰ παρόντα, *sentiunt præsentia* Luc ἀκούσας τοῦ μύθου, *cum sermonem istum audisset*. Idem, ἀκούσεσθε τὰ μετὰ ταῦτα, *audietis sequentia*. Aristoph. ὄζει μύρου, *oleo vnguentem*. Dioscor. ὄζουσα γεῶδες, *terreum quiddam olens*. Plut. ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος, *incipiens pæana victoriæ*. Xenoph. ἐξῆρχε παιᾶνα τὸν νομιζόμενον, *incepit solennem pæana*. Sic Isoc. τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν: at Math. 19, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Eiusdem generis sunt etiam μεμνῆσθαι *meminisse*, ἐπιλανθάνεσθαι *obliuisci*. Item θαυμάζειν *mirari*, καταφρονεῖν *contemnere*, μεταδιδόναι *communicare*, μετέχειν *commune habere*, ἀπολαύειν *frui*, seu *fructum percipere*, & similia.

Genitiuum, datiuum, & accusatiuum admittere dicuntur θαυμάζειν *mirari*, ἀπολαύειν *frui*, itidemq; affertur πάσχω τῶν κακῶν, πάσχω τοῖς κακοῖς, & πάσχω μοι τὰ κακά. *Sed eorum pars suspecta est, pars vt structuram, ita & signif. habet diuersam. Vt enim de postremo tantum agam*, δεινὰ πάσχειν est *atrocia pati*, at κακῶς πάσχειν τοῖς χρήμασι *mulctari pecunijs*. Aptius exemplum petemus à verbo μέμφεσθαι. cum genit. enim Thuc. dicit, ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο, *quos nemo vitu-*

vituperauit, cum accuſ. Plato, τὰ τοιαῦτα μέμφεσθαι *talia reprehendere*, cum dat. & accuſat. idem, τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι, *in hoc merito incuſantur*. Temporis quoque notatio triplici caſu fit; vt in ſuperiorib. expoſui: ſignif. tamen pleraque diuerſa. Viſe & R. 389, 4: & inf. c. 18.

Datiuum & Genitiuum. Herodot. πειθόμενος τῇ γυναικί, *obſequens mulieri: vt etiam Plato*, πείσονται τῇ παρθένῳ. at Eurip. πείθομαι σέθεν: ſicut etiam Agathon, ὡς ἡδύ, τῶν φυσάντων πείθεσθαι τέκνα, *quam iucundum eſt natos obſequi parentibus*. Huc referri queant etiam iſta: Homer. νήεσσ' ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον: Vt Ariſtoph. Pluto, τοῖς τυφλοῖς ἡγεμόνα: at Xen. τῆς πόλεως ἡγεῖσθαι, vt Homer quoque Παφλαγόνων ἡγεῖτο. Sed ibi ſtructuræ diuerſitas naſci videtur potius è diuerſitate ſignificationis, nam ἡγεῖσθαι cum Datiuo ſignificat *Præire, Ducere*, cum genitiuo autem, *Præeſſe*.

Datiuum & Accuſatiuum: Matth. 15. ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν: & cap. 14. κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι, *iubens turbam vt recumberent*. Ariſtoph. λοιδορῆσαι τοὺς πονηρούς: Xenoph. ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο, *conuitiis eum inceſſebat, conuitia ei dicebat*. Sic Plato ἐμποδίζουσι τὴν θήραν, *impediunt venationem ſeu inueſtigationem*: At Ariſtot. ἐμποδίζουσιν ἀλλήλαις, *impedient ſe mutuo*. 2 His adde iſta: Ioan. 3. χαρᾷ χαίρει: & Matth. 2. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην. vt apud Latinos quoque *Gaudere gaudium*, & *Gaudere gaudio*. Sic apud Ariſt. τῇ αὐτῇ κινήσει κινεῖσθαι, & κινεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κίνησιν: item βιαίᾳ φορᾷ φέρεσθαι, & φέρεσθαι φορὰν βιαίαν: aliaque conſimilia: quæ apud Latinos etiam vtroque modo efferri ſolent.

Verba cum duplici caſu,

CAP. VIII.

DVplicem etiam caſum aſciſcunt verba permulta: ac plerumque alterum perſonæ, alterum rei: nōnunquam tamen vtrumque perſonæ, vel vtrumque rei, ſed ita vt alter tantum actionis paſſioniſue regimen obtineat.

Genitiuum cum Datiuo: Iſocr. προέξεις τῶν ἄλλων τῇ

φρο-

φρονήσει, *antecelles ceteros prudentia.* Dionyſ.Hal. ἀρετῇ λειπόμενος οὐδενός, *nulli virtute inferior.* Plut. ὑστέρισαν τῆς μάχης ἡμέρᾳ μιᾷ, *vno die tardius venerunt quàm commiſſum eſt prælium;* ſeu, *venerunt poſtridie prælij.*

Genitiuum cum accuſ. Ariſtoph. βύρσης κάκιστον ὄζων, *peſſimum corij odorem referens.* Idem, δέομαί σου τοῦτο, *hoc abs te peto.* Xenoph. πολλῶν τοῦτο ἀκούειν ἔφη, *è multis ſe hoc audire dixit.* Ariſtoph. ἀπέλαυσ' αὐτοῦ ἀγαθὸν οὐδέν, *nihil ex eo percepi boni.* Diog. L. μῶν τι σου κατεχώτησα; *num quid in te effudi?* At in iſto, τῶν φαύλων διαφέρειν οὐδέν, *nihil à malis differre*, ellipſis dici poteſt præpoſ. κατὰ, ſenſus enim eſt, ἐν οὐδενί, *nulla in re.*

Datiuum cum genitiuo: Anacr. οὔ μοι μέλει Γύγαο, *non eſt mihi curæ Gyges;* ſeu, *non curo Gygem, nec Gygis opes.* Sic verba participandi, cõmunicandi, inuidendi, iraſcendi, ignoſcendi, & ſimilia: præſertim in quibus ſubaudiri poteſt μέρος *pars*, aut περὶ ſeu ὑπέρ, *de, ob.* Plato, κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντός, *tota vita cum eo conſueſcere.* Xen. μεταδιδόναι τοῖς φίλοις τοῦ βάρους, *amicis dare partem oneris.* Phocyl. μὴ φθονέοις ἀγαθῶν ἑτάροις, *ne inuideas ſocijs bona.* Iſocr. ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου, *contendo tecum de prædio.* Plutarch. ἐξιστάμενος αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας, *cedens illi imperio.* Sic μέμφεσθαι, συγγινώσκειν, παραχωρεῖν, & ſimilia.

Datiuum cum accuſatiuo: Xen. συνειδὼς αὑτῷ πολλὰ καὶ πονηρά, *conſcius ſibi multorum malorum.* Ariſtoph. τῷ γὰρ Λοξίᾳ μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην, *Apollinem in hoc iure poſſum incuſare.* Iſocr. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἂν συμβουλεύσειας, *quæ tuis ipſius liberis conſulueris.* Heſiod. οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, *ſibi ipſi mala ſtruit, qui alij mala ſtruit.* Xen. τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν, *amicis opem ferre in reb. iuſtis.* Plato, οὐ πείθομαί σοι ταῦτα, *non credo tibi hæc;* ſeu *in his.* poteſt enim in his duobus poſterioribus ellipſis dici præpoſ. εἰς, κατὰ, vel conſimilis.

Accuſatiuum cum genitiuo. Ariſt. οὐδ' αὐτὴν τῶν καλλίστων ἀμηξίωσε, *nec eam dedignatus eſt pulcherrimis.* Chryſoſt. πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν, *magni amicitiam noſtram æſtimans.* Ariſtoph. γράφομαί σε παρανόμων, *accuſo te iniuriæ.* Sic verba Damnandi & Abſoluendi: item Liberandi, Prohibendi ſeu Arcendi, Eijciendi, Priuandi;

& contra Implendi, Satiandi: præterea Permutandi, Emendi, Vendendi, & similia. 2, His adde in quibus est partis significatio, subaudita præpositione ἐκ. Aristoph. Pluto, τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν τὸν Λαερτίου, *Laertiadem suspendemus è testiculis*. Item in quib. est ellipsis quædam causalis aduerbij ἕνεκα: vt ζηλῶ σε τῆς βουλίας: εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, *beatum te iudico ista fortuna*; id est, *ob istam fortunam*.

Accusatiuum cum datiuo. Plutarch. διαλλάττει τὰς πόλεις ἀλλήλαις, *ciuitates inter se conciliat & consociat*. Aristot. διαβάλλειν αὐτοὺς ἀλλήλοις, *alterum apud alterum traducere seu calumniari*. Plutarch. ἐπεῖχε τὴν γνώμην τῷ πολέμῳ, *intendebat animum bello*. Libanius, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, *culicem elephanto conferre*, id est, *cum elephanto comparare*, & similia infinita. 2, Item cum datiuo instrumentali seu modali. Plutarch. ἐφέξειν γράμμασι τὰς ἀδικίας ἀνθρώπων, *hominum iniurias cohibiturum esse litteris*; id est *per litteras*. Luc. οἴνῳ ἑαυτὴν μεθύσασα, *cùm se inebriasset vino*.

Geminari etiam idem casus solet nonnunquam, vel rei, vel personæ, vel alterutrius.

Genitiuus geminus. Æschines, κατηγορῶ σου ἁπάντων τῶν τεττάρων, *accuso te de omnibus quatuor*. Phalaris, κατηγορῶ μου τῆς ἀναλγησίας, *accuso me indolentiæ*. in quib. est ellipsis præpos. ὑπὲρ seu περί: vt declarat istud Demosth. περὶ ὧν μου κατηγόρουν, *de quib.* (seu, *ob quæ*) *me accusabant*.

Datiuus geminus. Demosth. σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι, *conscius tibi eras iniuriæ*; seu, *conscius tibi eras te iniuste facere*. Idem, τούτῳ μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *huic mihi mentem attendite*: id est, *huic quæso animum aduertite*. 2, Sed est hic alter datiuus interdum instrumentalis seu modalis Aristot. Rhet. Al. Συρακουσίοις τριήρεσιν ἐννέα βοηθήσαντες, *Syracusanis nouem triremibus opitulati*.

Accusatiuus geminus. Xen. διδάσκειν τοὺς πολίτας τὰ συμφέροντα, *docere ciues quæ conducunt seu prosunt*. Lysias, τὴν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός, *filiam celabat mortem viri*. Sic verba Postulandi, Exigendi. Aristoph. ἀπαιτῶν με τἀργύριον, *pecunias me postulans*. Æschines, τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον, *vectigalia exigebant à prænauigantibus*.

nauigantibus: Hac structura efferuntur præterea verba Rogandi, Interrogandi, accusandi & Euadendi, Impertiendi & Implendi; & contra Adimendi ac Priuandi; Induendi & Exuendi; Arcendi & Prohibendi; deniq; Faciẽdi seu afficiendi; vt prolixe docui R.gr.expl.359, 20,& seq. Accus.geminus cum datiuo. Demosth. παράδειγμα ποιήσαντες τοῦτον τοῖς ἄλλοις, *hunc ceteris statuentes exemplum*; id est, *pro exemplo.*

In his posterior casus variè interdum effertur. 1, Genitiuo & accusatiuo: vt Demosth. ἐγκαλεῖν αὐτῷ μισθώσεως, *incusare illum elocationis nomine*. Plutarch. ἐνεκάλουν αὐτῷ προδοσίαν, *accusabant eum proditionis*. Sic ἀμφισβητεῖν, & similia contendẽdi atq; accusandi verba. Item verba participandi & communicandi. Thucyd. μεταδιδόναι τῶν κινδύνων τοῖς πολλοῖς, *pericula cum multitudine communicare*: at Herodot. μεταδιδοῖ Εὐρυβιάδῃ τάλαντα πέντε, *impertit Eurybiadi quinque talenta*. Rursum Plato, μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς: at Aristoph. οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Cum verò Demosth. dicit κοινωνῶ σοι οὐδέν, ellipsis videri potest præpositionis κατὰ: quæ in alijs quoque frequens est. Eandem structuram sequuntur etiam verba significationis contrariæ, Inuidendi, & similia. Item ea quæ præter accusatiuum personæ, habent rei modo genetiuum, modo accusatiuum: vt sunt verba Accusandi, Implendi, Priuandi, & similia. vt διώκω σε φόνου: & διώκω σε ταύτην τὴν γραφήν. Sic Plutar. δούλους ἔργωσι τιμῆς ἐλευθερίας: at Eurip. βούλει σε γεύσω μέθυ; *vis vt tibi vinum gustandum præbeam?* Rursum Xenoph. οὐδένα ἀγαθῶν ἀπεστέρησε: at Aristot. αὐτὸν ἀποστερεῖ τὴν παρακαταθήκην, *priuat, seu fraudat eum deposito*. 2, Genitiuo & datiuo: vt Chrysostom. ὁ μὴ χρημάτων, μηδὲ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἀλλ' ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος, *qui non pecunijs, nec alio huiusmodi pretio, sed sua morte gregem redemit*. Sic etiam verba Implendi, & similia. 3. Datiuo & accusatiuo: vt, ποτίζω σε γάλακτι, & ποτίζω σε γάλα. itidem σιτίζω, χορτάζω, & huius generis alia. Sic Psalmo 50, ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ: at Numer. 8, περιρρανεῖς αὐτοὺς ὕδωρ. 4, Quædã triplici casu. Genitiuo enim Isocr. dicit, γεμίσας τὰς ναῦς σίτου:

dativo Eustathius, μύθοις μεμεμφωμένος: accusatiuo autem Psalm. 147, στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε, *implens te adipe frumenti.* 5, Interdum pro posteriore casu ponitur verbum infinitiuum, aut præpositio cum suo casu. Chrysost. τὴν ἱερωσύνην αἰτιᾶσθαι τούτων τῶν κακῶν, *sacerdotium accusare horum malorum.* Idem, εἰς ὑπερηφανίαν αἰτιώμενος τοῦτον, *superbiæ hunc accusans.* Æschines, αἰτιώμενός τινας ἐμποδίζειν, *incusans quosdam sibi obstare.*

Personæ quoq; casus variatur interdum. In quo genere verbum auferendi triplicem habet structurā. Simplici enim ratione Homerus dicit, σῖτον μέν σφιν ἀφείλε: Ratione præpositionis Xen. τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενος χρήματα, Attice Galenus, τὴν ζωὴν ἀφιλέσθαι τὸν ἄνθρωπον. 2, De præpositionum in verbis regimine, deq; earundem transpositione & ellipsi, dicetur infra sub finem capitis 18.

Reciproca etiam in quibusdam structura est. Aristot. enim dicit περιβάλλειν τῇ πόλει τεῖχος: at Dionys. Hal. & Paus. τὴν πόλιν περιβάλλειν τείχει καὶ τάφρῳ. vt Latini quoque *Vrbi murum circumdare*, & *Vrbem circumdare muro.* Sic Xenoph. τῷ Ὑρκανίῳ ἵππον ἐδωρήσατο, *Hyrcanio equum donauit:* at Dion. Hal. δωρεῖται τὴν κόρην ἵππῳ πολεμιστῇ, *donat virginem equo bellatore.* Sic Thucid. ποιοῦμαι σοι ὀργήν: at Demosth. ποιοῦμαι σε ἐν ὀργῇ, *irascor tibi.* Rursum personaliter, μέλει μοι τοῦτο, *hoc mihi curæ est*; & impersonaliter, μέλει μοι τούτου, *est mihi cura huius*: nulla significationis differentia.

Verborum paßiuorum & paßiue positorum syntaxis.

CAP. X.

PAssiuorum proprius casus est genitiuus, cum præpositione ὑπό, παρά, πρός. Dionys. Hal. τῶν ὑπ' ἐμοῦ γραφομένων, *eorum quæ à me scribuntur.* Idem, τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ὁμολογηθέντα, *ea quæ à senatu promissa seu concessa erant.* Idem, ἀγνοοῦνται πρὸς Ἑλλήνων, *ignorantur à Græcis.* 2, Interdum datiuus sine præpositione, Demosth. τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων, οὐ μέμνηται, *eorum quæ à me acta sunt.* Sic Virg. *nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.*

Priorem structuram imitantur etiam media & neutra,

tra, cum passiuè vsurpantur: vt, 1 Cor. 10, ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο, *à serpentib. extincti sunt.* Demosth. φεύγει ὑπ' ἐμοῦ δίκην, *à me reus agitur seu accusatur.* 2, Eandem structuram retinent interdum etiam verbalia passiua. Aristot. De gen. & corr. ποιητικὰ ἀλλήλων, καὶ παθητικὰ ὑπ' ἀλλήλων, *& à se inuicem patiuntur*, seu *afficiuntur.*

Quæ in actiua diathesi duplicem accusatiuum habuerūt, personæ & rei, ea rei accusatiuū in passiua forma retinent. Paus. 94, 34. διδάσκονται τὴν ἅλωσιν τῆς Σπάρτης, *Spartæ capiendæ rationem edocentur.* Plutarch. ἀπαιτούμενοι τὰ θέματα, *cum reposcuntur ab eis pignora deposita.* Dionys. Hal. ἃ διαβεβλήμεθα ὑπ' αὐτῶν, *quæ nobis ab illis impactæ sunt calumniæ.* 2, Hanc structuram imitantur etiam ea interdum quæ in actiua diathesi cum rei accusatiuo habent datiuum personæ. Luc. εἰ ὁ Ἄρης ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν, *si Marti permittatur arbitrium.* Dion. Hal. κομισθῆναι Ταρκύνιον τοὺς πελέκεις, *allatas esse Tarquinio secures.* Aristoph. ἐξεκόπην τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ, *excussus mihi est oculus lapide.* Plura vise R. 361, 28.

Passiua, cum actiuorum & neutrorum significationē induunt, structuram quoque illorum sequuntur. Xen. ποιεῖσθαι ἑαυτῷ φίλον, *amicum sibi facere.* Luc. 20, ἐφοβήθησαν τὸν λαόν, *metuerunt populum.* Plut. ἐκπλαγεὶς τῶν νεῶν τὸ πλῆθος, *nauium multitudinem reformidans*; vel etiam, *nauium multitudine perterritus.* At οὐ βαρυνθέντες πενίαν apud Dion. Hal. partim hac regula potest excusari, partim ellipsi infinitiui verbi φέρειν, aut alius consimilis. Quintilianus quoque sic dicit, *Quæ si quis grauabitur.*

Impersonalium syntaxis.

CAP. XI.

IMpersonalia personalium structuram sequūtur, Demosth. δεῖ γὰρ χρημάτων, *opus est enim pecuniarū.* 2, Horum etiam quædam diuersum casum admittunt, respectu diuerso. cum enim dicitur προσήκει ὑμῖν ποιεῖν, *conuenit vobis facere*, impersonale respicit nomen: cum vero dicitur προσήκει ὑμᾶς ποιεῖν, *conuenit vos facere*, impersonale respicit verbum infinitiuum. 3, Quædā & impersonaliter efferūtur, & personaliter. vt, δεῖ μοι χρημάτων,

μάτων, opus est mihi pecunijs : &, δέομαι χρημάτων, *opus habeo pecunijs*. sic μεταμέλει μοι τούτου, *pœnitet me huius rei* : & μεταμέλομαι ἐπὶ τούτῳ, *pœnitentia ob hoc ducor.*

Infinitiui verbi syntaxis.

CAP. XII.

INfinitiui modi verbum requirunt verba deliberatiua & similia. Polyb. ἔκρινε διακινδυνεύειν, *statuebat subire periculum.* Idem, ἠρκοῦντο σῶσαι μόνον τοὺς Μαμερτίνους, *contenti erant seruasse Mamertinos*; seu, *satis habebant s. M.* 2, In hoc genere frequens est verbum μέλλω cum infinitiuo non tantum præsentis & aoristi, sed etiam futuri temporis. Arist. Rhet. 3, ὅταν μέλλῃ εἰσάξειν, *cum introducturus est.* 3, Interdum infinitiuo infinitiuum alterum additur. vt, τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος ᾤετο δεῖν, *vnusquisque existimabat oportere augere remp.* 4, Sed nonnunquam, vbi vel sententiam obscurare, vel aures offendere videtur iste infinitiuorum concursus, alterum infinitiuum mutatur, præmisso ὡς vel ὅτι: vt docui R. gr. expl. 363, 17. 5, In eiusmodi resolutione accusatiuum infinitiuo debitum Attice tribui verbo finitiuo, docebo in sequenti sectione. 6, Diuersa est periphrasis ista apud Aristot. τρεῖς διαφορὰς ἔοικεν οἰομένῳ εἶναι, *similis est putanti tres esse differentias*; pro, *videtur tres statuere differentias.* 7, Infinitiua sæpe vsurpantur pro Latinorum Gerūdijs & Supinis. Pro priore supino: vt Matth. 20, ἐξῆλθε μισθώσασθαι ἐργάτας, *exiuit conductum operarios*; seu, *ad conducendos operarios* : id est, *vt conduceret operarios.* Pro Supino posteriore: Plato, ἡδὺ καὶ εὐπετὲς κτήσασθαι, *suaue ac comparatu facile.* Sic ἀδύνατα γενέσθαι, *factu impossibilia, quæ fieri non possunt.* cuius generis alia supra in adiectiuorum regimine notata sunt, cap. 5, paragr. vltimo. Pro Gerundijs in DI. vt. ὥρη ἐρᾶν, ὥρη τοῦ γαμεῖν, ὥρα τοῦ πεπαῦσθαι, *tempus est amandi, tempus ducendi uxorem, tempus requiescēdi.* Sic Xen. ὥρα πορεύεσθαι ἐστὶ, *tempus est proficiscendi.* Itidemq; Propert. lib. 3. *Non datur ad musas currere lata via*; pro, *via currēdi.* Pro Gerundio in DVM. vt Homer. δῶκε φέρειν, *dedit ferendum.* Sic δίδωμι χρήσασθαι, *do vtendum*; & similia, vt Virg. quoque, *magnum dat ferre talentum.*

talentum. Sed hic præponitur ſæpe articulus, perſpicuitatis gratia. Demoſth. τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, *tempus dicendi.* Ariſt. Eth. τοῦ παίζειν χάριν, *ludendi gratiã.* Sic alteris gerundijs in DO & DVM, ſuus apponitur articulus. Ariſt. τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, *diuitem eſſe, poſitum eſt magis in vtendo quam in poſſidendo.* Polyb. εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν, *natura factus ad deludendum.* Menand. ὀξὺς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν, *acer ad perſpiciendum omnia.* Sic Lucr. *ad ſedare ſitim fontes fluuijque vocabant*; pro, *ad ſedandam ſitim.* In horum vtriſque videtur interdum ellipſis committi; vt cum Homer. dicit, θείειν ἀνέμοισιν ὅμοιοι, pro ἐν τῷ θεῖν, *ſimiles ventis in currendo.* & Orpheus in Argon. θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι, pro, εἰς τὸ λέγειν, *inſtigat ad dicendum.* quod Ouidius imitatus initio Metamorph. dixit, *animus fert dicere.* 8, Sicut autem in his poſteriora ſupina & gerundia ponũtur pro nominibus, ita alibi quoque ſæpe Infinitiua pro Nominibus vſurpantur; ſed præmiſſo articulo. Plutarch. τὸ λίαν φιλεῖν, τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον, *nimius amor, amorem ſæpe extinguit.* Idem, ἀρχὴ τοῦ καλῶς βιῶναι, τὸ κακῶς ἀκοῦσαι, *male audire, initium eſt honeſte viuendi.* id eſt, *calumniæ ac probra, viam nobis patefaciunt ad vitam honeſtam; monent nos vitæ honeſtæ.* Antiphanes, ἐπισκοτεῖ γὰρ τῷ φρονεῖν τὸ λαμβάνειν, *ſumptio*(munerum ſcilicet) *tenebras offundit menti & prudentiæ.* In quib. vides caſus varie traiectos eſſe. Conciſius adhuc idem Plutarch. τοῦ φιλοσοφεῖν τὸ ζητεῖν, ſ. ἐστί, *philoſophiæ eſt inquiſitio*; id eſt, *ad philoſophiam pertinet indagatio & perſcrutatio veritatis.* Sic Cicero in Academ. q. *Docto homini & erudito, cogitare eſt viuere.* Item ſine articulo: vt δίδωναι φαγεῖν καὶ πιεῖν, pro δοῦναι βρῶμα καὶ πόμα. quo modo & Terentius, *iuſſi ei dare bibere*; pro, *dare potum, dare quod biberet.* itemque διδάσκω σε διαλέγεσθαι, *doceo te rationem diſſerendi.* 9, Vſurpatur infinitiuus modus etiam pro imperatiuo. Pauſ. 132, 21, σὺ δὲ σώζειν μὲν Μεσσηνίους, σώζειν δὲ καὶ σαυτόν, *tu vero & Meſſenios tutare, & te quoque conſerua.* Phocyl. μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν, *neque inconſiderate te habe.* In quib. ellipſis eſſe videtur imperatiui μέμνησο *memento,* θέλε *velis,* aut alius conſimilis. 10, Pro cæteris etiam finitiuis

modis vſurpatur infinitiuus, præmiſſa cõiunctione ὡς. Herodian. in Seuero, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον συνθετὸν, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι, pro ὥστε οὐδεὶς ᾤετο, *ita vt nemo putaret cõpoſitum eſſe opus, ſed ex vno lapide factum eße*. Heſiod. Ergon 1, ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο, ὥστέ σε κεἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα, pro ὥστε ſeu ἵνα ἔχῃς, *vt etiam in annũ habeas vnde viuas, etiamſi ab opere vaces*. Sic Hor. 1. Carm. oda 11 dixiſſe putatur, *vt melius, quidquid erit, pati*; pro, *vt melius patiare quidquid acciderit*. Huc pertinent etiam iſta: Thucyd. ἔφθασε τοσοῦτον ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι, pro, *dum Paches legeret*. Ariſtoph. οὐχ, ὅσον γέ μ' εἰδέναι, *non, quod quidem ego ſciam*. In quib. omiſſum videtur verbum συμβαίνει, vel aliud ſimile. Viſe & R. 308, 1. Sic cum Ariſtot. de anima dicit, δύναμίς ἐστιν οἵα σώζειν τὸ ἔχον αὐτὴν, omiſſum videtur πέφυκε, aut tale quid; *talis eſt vis quæ tueri queat id quod ea præditum eſt*.

Caſum porrò infinitiuus adſciſcit accuſatiuum; qui mutata ſtructura in nominatiuum vertitur præmiſſa ὅτι, ὡς, ὅπως, aut alia conſimili particula. Thucyd. ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι, *ſpes enim eſt eos ſic maximè incuſſum eſſe metum*. Finitiue Act. apoſt. c. 14, ἐλπίζων ὅτι χρήματα δοθήσεται αὐτῷ, pro, ἐλπίζων δοθήσεσθαι αὐτῷ χρήματα, *ſperans ſibi datum iri pecunias*. Sic quod ad Hebr. 6. dicitur, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, Latine mutato modo & caſu vertes, *in quibus fieri non poteſt vt Deus mentiatur*; & breuius, *in quibus Deus non poteſt mentiri*. 2, In hac reſolutione accuſatiuus infinitiuo debitus Attice tribuitur verbo finitiuo. Dionyſ. Halicarn. ἐνθυμούμενον τὸν ἀνθρώπινον βίον ὡς ἀπὸ μικρᾶς αἰωρεῖται ῥοπῆς, communis enim ſtructura eſt, ἐνθυμούμενον τὸν ἀνθρώπινον βίον αἰωρεῖσθαι ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς: vel, ſoluta oratione infinitiua, ἐνθυμούμενον ὡς ὁ ἀνθρώπινος βίος αἰωρεῖται ἀπὸ μικρᾶς ῥοπῆς: Latine, *cogitans vitam humanam dependere à leui momento*. Idem, οὐδὲ σεαυτὸν ἐξ ὧν ἔφυς ἔτι μέμνησαι, *nec amplius recordaris ex quibus natus ſis*. Et Theophr. in Charact. καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν, *atque adeo dicere peregrinos iuſtiora dicere quàm ciues*. id eſt, *atque adeo dicere iuſtiores eſſe peregrinorum rationes quam ciuium*. Sic item Soph. Electra, Καίτοι τοσοῦτόν γ'

οἶδα

ἤδη καὶ μαντεύω ὅτι ἀλγῶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι: pro, *tantum scio, me dolere præsenti rerum statu.* quo fere modo etiam Terent. in Eun. *ego illum nescio qui fuerit.* 3, Infinitiui casus à tergo, respondet ei qui est à fronte. Nominatiuus: vt, Aristot. Metaphys. 9, τὰ δὲ, s. ἐναντία λέγεται, τῷ λείψεις εἶναι καὶ ἀποβολαὶ τούτων, *alia vero contraria dicuntur eo quod defectus sint horum amissiones.* Genitiuus: vt Aristot. Metaphys. 3, περὶ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ὑγιοῦς, *de eo quod futurum est sanum.* Datiuus: vt Aristot. Metaphys. 1. ἀληθέστατον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον τοῦ ἀληθέσιν εἶναι, *verissimum est, quod posterioribus causa est vt & ipsa sint vera.* Accusatiuus: Aristot. Metaphys. 4, τὸ ἓν καὶ τὴν στιγμὴν ἀρχάς τισὶ δοκεῖ εἶναι, *videtur quibusdam, vnum & punctum esse principia.* vt Cicero Leg. 1, *Ego me cupio non mendacem putari.* pro, *cupio haberi non mendax.* Nam postremum hoc genus finite quoque mutato casu efferri potest; vt, τὸ ἓν καὶ ἡ στιγμὴ, ἀρχαί τισιν εἶναι φαίνονται, *vnum, & punctum, videntur quibusdam esse principia.* 4, In hoc eodem genere cum finitiuum & infinitiuum verbum ad eandem personam referuntur, antecedens casus omittitur. Demosth. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι, pro, *cum dixerit se popularem esse.* Plutarch. ὑπέσχετο βοηθήσειν, *pollicitus est se opem laturum.* Hæc quoque Latini imitantur nonnunquam. Lucanus, *tutumque putauit iam bonus esse socer.* Catullus, *Phaselus hic ait fuisse nauium celerrimus.* Terentius, *Pollicitus sum facturum,* s. me. 5, Interdum tamen posterior casus infinitiuum verbum respicit, non casum antecedentem. Paus. τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεκελεύοντο ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, *obuios quosque cohortabantur vt strenuos se præstarent viros.* 6, Apud Aristot. posterior casus etiam dandi forma effertur. vt Rhet. 1, 26, 24, τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μείζονος ποιητικῷ εἶναι, pro ποιητικὸν εἶναι, *id enim erat maioris efficiendi vim habere.* Sic alibi sæpe. 7, Relatiuum quoque hic interdum non infinitiuum verbum respicit, sed finitiuum extrinsecus subauditum. Paus. 175, 18, τὸν αὐτὸν σφᾶς Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, σέβεσθαι, *colere ipsos Herculem eundem quem & Thasij,* s. colunt. 8, De pleonasmo infinitiui εἶναι, φάναι, & similium, vise R. 308, 22.

Partici-

Participiorum ſyntaxis.

Cap. XIII.

PArticipia verborum ſuorum ſtructuram ſequuntur, vt in actiua, ſic etiam in paſſiua & media diatheſi. 2, Seruiunt autem breuitati. vt Sophocl. Trachin. καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλήσιον πατρός, *atque nunc adiens, ſta prope patrem,* pro, *accede ac ſta.* 3, Reddi verò Latine poſſunt non ſemper per participia, ſed interdum per nomina, interdum per verba infinitiua; interdum per Supina vel Gerundia; interdum per aduerbia; interdum per verba finita præmiſſis particulis Cum, Si, & alijs; vt docui Ram. gramm. expl. 309, 1. 4, Pro nomine certè ponitur participium cum dicimus οἱ φρονοῦντες, pro οἱ φρόνιμοι, *prudentes*. Sic apud Plut. τὸ φρονοῦν pro ἡ φρόνησις, *prudentia*, cum dicit, οἷς μετὰ τοῦ εὐτυχεῖν παραγίνεται τὸ φρονοῦν, *quibus vna cum fœlicitate obtingit etiam prudentia*. Sic τὸ βεβηκὸς, *firmitas*, & ſimilia. Alias participium cum articulo, Latine redditur per relatiuum. vt Ioan. 11, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ζήσεται *is qui credit in me, viuet*. Pro nomine adiectiuo vſurpatur cum Homer. Iliad. β dicit, τόξων ἐὺ εἰδὼς, pro ἔμπειρος τόξων, *peritus ſagittarum*. niſi ellipſin hic eſſe velis accuſatiui τέχνην, *artem mittendarum ſagittarum probe ſciens*. ſicut apud eundem, διδασκόμενος πολέμοιο, ſ. ἔργα: &, ἐπειγόμενός περ ὁδοῖο, ſ. διά. Eſſe autem in poſtremo ellipſin, ſatis declarat hoc eiuſdem poetæ, Iliad. γ, διέπρησσον πεδίοιο, *properabant per campum*. 5, Pro verbo infinitiuo: vt Xenoph. οἱ Πέρσαι λέγονται ἐσθίοντες κάρδαμον καὶ πίνοντες ὕδωρ, *Perſæ dicuntur edere naſturcium, & bibere aquam*. Demoſth. οὓς ἂν αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας, *quos ſentirent munera capere*. In hoc genere crebra & elegans eſt ellipſis nominatiui pro accuſatiuo reciproci. Demoſth. δείξω πεποιηκὼς, pro δείξω αὐτὸς πεποιηκὼς, *oſtendam me feciſſe*. Xenoph. Pæd. συνοῖδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, *conſcius ſum mihi me non ſimulare ſeu fingere*. Ariſtoph. λέληθας δουλεύων, *latuit te ſeruire*. at Ariſtot. λανθάνει πράττων, *latet alios eum hoc facere*; ſeu, *non animaduertitur hoc facere*. Luc. αἰσθάνομαι φερόμενος ἔξω τοῦ χάριτος.

τοῦ χρόνου, *sentio me ferri extra temporis limites*, vt Virgilius quoque, *sensit medios delapsus in hostes*: pro, *se delapsum esse*. Sic accipi & illud potest, οἶδα ἰδὼν, *scio me vidisse*: & apud Demosth. οἶδα ἀκούσας ὅτι, *scio me audisse quod*, sed reddi posset etiam per Relatiuum: *Scio, vt qui viderim*; *Scio, vt qui audierim:* sicut apud Eurip. εὖ δ' ἐποίησας μολὼν, *recte fecisti qui veneris*. 6, Pro Supino priore. Apollon. Argon. 3, βάσαν ἐποψόμεναι, *ibant inspectatum*. Isocrat. ἧκον ἀμυνοῦντες *veniebant opitulatum*.

7, Pro Gerundio in DO. Aristot. Hist. anim. ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος, *qui victus est pugnando*: & aliquanto post, ζῇ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα, *viuit enim comedendo pisces*. Quæ breuius etiam & aptius per nomen reddideris; illic, *victus pugna:* hic, *viuit esu piscium*, seu *esitatione piscium*. Pro Gerundio in dum: vt μεταξὺ λουόμενος, *inter lauandum*: μεταξὺ ὀπτωμένα, *inter assandum:* seu, *interea dum assantur*. Nam etiam pro aduerbio quandoque participium ponitur: vt apud Aristot. ὡς εἴπομεν ἀρχόμενοι, pro ἀπ' ἀρχῆς τοῦ λόγου, *sicut dixi ab initio huius tractatus*. 8, Quum autem participio præmittitur verbum φθάνω, aut διατελῶ verba ista per aduerbium exprimuntur commodius, & participium per verbum Plutarch. ἔφθησαν ἀναλώσαντες αὐτοὺς ἢ τυχόντες, ὧν ἤλπισαν, *prius eos absumpserunt quam assecuti sunt quæ sperabant*. Philom. ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ, *perpetuo est incorruptus*. Sic etiam λανθάνει ἐκπίπτουσα reddi potest, *latenter excidit*. R, 311. 9, Sicut autem contrahendæ orationi seruiunt interdum participia, ita nonnunquam seruiunt eidem dilatandæ: quæ periphrases apud Atticos sunt vsitatissimæ per participium & verbum substantiuum, εἰμὶ, τυγχάνω γίνομαι, aut aliud eiusmodi. In actiua forma: Soph. οὐ σιωπήσας ἔσῃ: pro οὐ σιωπήσεις; *an non tacebis*? Sic Dyonis. Hal. ἃς αὐτῷ κεκομικώς τις ἐτύγχανε, *quas ei quidam attulerat*. Psalm. 129, γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα, *attendant aures tua*. Rursum Arist. ὅσοι φαύλως ἔχοντες προϋπάρχουσι, *qui iã ante male habent*. In passiua diathesi: Dion. Hal. 36. 2, ἦσαν οἰκούμεναι, pro ᾤκοῦντο, *habitabantur*. Arist. Anal. 129, 15, καθ' ὧν τυγχάνει λεγόμενον, *de quibus dicitur*. Idem Topic. 397, 10. ἀπηρημένος

νος ὑπάρχῃ, *ſublatus eſt*, & mox v. 20. ἀνεσκευασμένον γίνεται, *refutatur*: vt in Problem. 32, 12. ἐκλελυμένον γίνεται, *exſoluitur*. Eſſe autem hunc periphaſeων iſtarum ſenſum docent hæc eiuſdem Ariſtot. Metaphyſ. 80, 5. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ, ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστιν, ἢ τὸ, ἄνθρωπος ὑγιαίνει, *nihil enim eſt diſcriminis cum dico. Homo eſt valens, vel cum dico, Homo valet*. Apud Latinos in paſſiua quidem diatheſi frequens eſt hæc periphraſis: ſed rarior in actiua vt apud Cic. De oratore: *Eſt, vt ſcis, quaſi in extrema pagina Phædri, his ipſis verbis loquens Socrates*. Similes periphraſes per verbum ἔχω & ἥκω viſe R. 312. At cum Dion. Hal. ad imitationem Herodoti dicit περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων non tantum reddere poſſumus, *de quib. dicam*; ſed etiam, *de quib. dicere aggrediar*. Eiuſdem generis eſt & iſta periphraſis Attica apud Thuc. τῷ πλήθει οὐ βουλομένῳ ἦν pro τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο, *plebs nolebat* R. 312, 15. Eam periphraſin apud Latinos imitati ſunt Saluſtius, Tacitus, Macrobius: vt docet Paulus Leopardus Emendationum lib. 4. c. 23. 10 De pleonaſmo participiorum ὤν, ἔχων, φέρων, & ſimilium dictum R. 312, 14. 11, De ellipſi participij dictum ibidem 313, 1: dicetur etiam mox in articuli conſtructione.

Abſolutæ quoque ſtructuræ inſeruit participium. Ac ſæpius quidem genitiuo caſu: vt Dyoniſ. Hal. Ἀμουλίου τελευτήσαντος ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχὴν ὁ Νεμέτωρ, *Amulio defuncto inſtaurauit imperium Numitor*. itidemq; Ariſt Hiſt. an. 263, 15. βροντήσαντος *ſi tonuerit*. 2 Nonnunquam tamen etiam nominatiuo, datiuo, accuſatiuo; vt docui R. 391, & apud Pauſ. 491, 29. 3, In quibuſdam caſus eſt ambiguus vt in illo Alcibiadis, ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην, *effugere cum licet, ne quære iudicium*. Sic Thuc. δόξαν αὐτοῖς ναυμαχεῖν, *cum viſum ipſis eſſet nauali prælio decertare*. Lyſias, προσταχθὲν αὐτῷ ἀναγράφειν τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, *cum iniunctum ei eſſet vt Solonis leges conſcriberet*. Sic Dionyſ. Hal. ὡς δὴ ἀκινδύνου αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον, *quaſi res illis ſine periculo eſſet futura*. Accuſatiuus autem expreſſè nonnunquam ponitur. Ariſtot. de cælo ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, *quaſi ei non eſſet aliqua regio, ſeu aliquis locus*. In eodem loquendi genere idem genitiuo

tiuo vtitur; Ethic. magn. 7. 1, οὕτως ὡς καὶ αὐτοῦ συναριθμουμένου *quasi & ipse connumeraretur*. & De part. anim. 83. 27. περὶ πάντων ὑπολαμβάνουσιν, ὡς ἁπάντων ἐχόντων, *de omnibus intelligunt, quasi omnes habeant*. Idem diuerso casu in vno eodemque loco vtitur, Histor. anim. 110. ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι, *quasi non similiter natura sint sermo & vox, sed fingi ac formari ea contingat*. Sic Pausan. 492. 4.

Gerundiorum syntaxis,
CAP. XIIII.

GErundia & ipsa verborum suorum structuram imitantur. Isocr. ἀφεκτέον τοῦ συμβουλεύειν, *abstinendum à consulendo*. Aristot. δεικτέον αὐτοῖς, καὶ πειστέον αὐτοὺς *ostendendum eis est, & persuadendum*. 2, Gerundio additur interdum datiuus, interdum accusatiuus, vt docui R 365, 28. 3, Quin & cũ nominatiuo reperiuntur gerundia nonnunquam apud Aristot. vt Org. 349, 28: 352 Metaph. 107, 18. De part. anim. 16, 19. sed non immerito ibi suspecta est exemplarium fides: ac verendum ne librarij non intellectis scripturæ compendiis, nominatiui terminationem ibi posuerint pro terminatione accusatiui, τέος scilicet pro τέας. 4, De Attica Gerundiorum terminatione, & Gerundiuorum syntaxi dictum in R. gr. exple. 366, 5 Periphrasi quoque interdum expimuntur gerundia. Eurip. Phœniss. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών *inscitiam eorum qui obtinent, ferre oportet*: ibi enim φέρειν χρεών positum est pro οἰστέον, *ferendum est*. Sic Plato ὧν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, pro ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως πορευτέον, *quæ & nobis fortassis eunda est*: vel, vt Cicero vertit, *quam nobis quoque ingrediendũ sit*. vbi nota & ipsum gerundio tribuisse casum verbi, vt Virg. quoq; *pacem Troiano ab rege petendũ*.

Articulorum syntaxis,
CAP. XV.

ARticuli præpositiui natura est certum quid denotare vel distinguere: vt Matth 2, οἱ μάγοι, ἰδόντες

τὲς τὸν ἀςέρα, καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ibi enim certi quidam magi, certa ſtella, certa domus, certus puer ſignificatur; ac Maria quoque ſuo adiuncto ab alijs diſtinguitur. erant enim & aliæ Mariæ: quæ itidem ſuis adiunctis diſtinguuntur: vt Marci 16. Μαρία ἡ Μαγδαληνή, καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου: quarum poſterior dicitur etiam Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, Ioann. 19. In his diſtinctionibus duplex articuli ſyntaxis eſt. apponitur enim ſubſtantiuo articulus vel cum adiectiuo: vt Μαρία ἡ Μαγδαληνή, *Maria Magdalene*, ſeu *Maria Magdalenſis*: vt Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος: vel cum genitiuo elliptico, ſubaudito ſubſtantiuo & participio: vt Μαρία ἡ Ἰακώβου, ſ. νομιζομένη μήτηρ, *Maria quæ Iacobi putabatur mater*: quæ Ioanni eſt Μαρία ἡ Κλωπᾶ, ſ. γυνὴ *Maria Cleopæ uxor*. Vtraque ellipſis in alijs etiam frequens eſt: vt Αἴας ὁ Τελαμώνιος: & δεινότης ἡ ἐν λογοῖς. clarius hæc perſpicitur in articuli duplicatione: cum ſcilicet & ſuſtantiuo tribuitur articulus, & adiectiuo: vt apud Ariſtot. Rhet. 3, τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας. perinde enim eſt ac ſi diceret, *eius mulieris quæ noſtra eſt*. Sic apud eund. De cælo, ἐν αὐτῇ τῇ ὕλῃ τῇ τοῦ βαρέος, *in ipſa materia quæ rei grauis eſt*. Ellipſis autem hic varia eſt. cum enim dicitur τὰ τῶν φίλων & τὰ τῆς τύχης, generalius ſubaudiri poteſt vel ſubſtantiuum πράγματα, vel participium ὄντα, ſed nonnunquam ſubaudiendum eſt aliquid ſpecialius: vt τὰ Ἡροδότου, ſ. συγγράμματα, *Herodoti ſcripta*. Sic apud Herod. 23. τῷ Κροίσῳ ἐξελθεῖν τὸ τοῦ Σόλωνος, ſ. ἀπόφθεγμα, *Crœſo in mentem veniſſe Solonis dictum*. In quibuſdam periphraſis quædã videtur eſſe: vt apud Chryſoſt. αὔξεται αὐτοῖς τὰ τῆς τιμωρίας: & ἐν τῇ γνώμῃ τὰ τῆς εὐθυμίας, ἵςασθαι πέφυκε. Ibi. n. τὰ τῆς τιμωρίας, & τὰ τῆς εὐθυμίας, idem ferè eſt quod ἡ τιμωρία, *pœna*: & ἡ εὐθυμία, *lætitia ſeu tranquillitas animi*. quamquam in talibus quoque aptum ſubintelligi ſubſtantiuum poteſt. Rurſum cum legimus τὰ τετράποδα, οἱ φρόνιμοι, illic ſubauditur ζῶα, hic ἄνθρωποι. quæ partitiue quoque efferuntur, τὰ τετράποδα τῶν ζώων, οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων.

2. Non cum nominibus autem ſolum & pronominibus, ſed etiam cum aduerbijs copulantur articuli,

per

per ellipsin participij; vt ὁ πέλας, & ὁ πλησίον, ſ. ὤν, *qui prope eſt proximus*. Eurip. Med. πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ, *vnuſquiſque ſeipſum magis amat quam proximum*. Matth. 19. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, *diliges proximum tuum vt teipſum*. Sic οἱ νῦν, ſ. ὄντες, *qui nunc ſunt*. ἡ χθὲς, ſ. γεγονυῖα, *quæ heri fuit, heſterna*: ἡ αὔριον, ſ. ἐσομένη, *quæ cras erit, craſtina*. cuius generis alia viſe R. 313,7. 3, Præpoſitionib. etiam frequentiſſime præfigitur articulus, ſubaudito à tergo participio: vt, οἱ πρὸ ἡμῶν. ſ. γεγονότες, *qui ante nos fuerunt; maiores noſtri*: οἱ μεθ' ἡμᾶς, ſ. ἐσόμενοι, *qui poſt nos erunt, poſteri noſtri*: οἱ μετ' Ἀχιλλέως, ſ. ὄντες, *qui cum Achille ſunt, Achillis ſocij*. οἱ ἐν τέλει, ſ. ὄντες, *qui in ſenſu ſunt potentiores*: οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ, ſ. διάγοντες, *qui in agro degunt, agreſtes, ruſtici*. Sic οἱ κατ' ἀγορὰν, *qui verſantur in foro, forenſes*: οἱ περὶ τὰ ἱερὰ *qui adminiſtrant ſacra ſacerdotes*. Rurſum οἱ περὶ Πλάτωνα, *Platonis ſectatores*: vt οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα. *ſectatores Orphei*. οἱ ἀπὸ Πλάτωνος. *qui ſunt à Platone*, vt Cic. quoque loquitur in Orat. pro Mur. & Virg. AEn 1. *tum Belus & omnes à Belo*, ſ. orti; ſeu, qui poſt Belum fuerunt. Item οἱ ἀπὸ τῆς βουλῆς apud Appianum, *qui ſunt de ſenatu, ſenatorij ordinis homines*. Item οἱ πρὸς ἀνδρῶν, ſ. προσήκοντες, *qui ex parte virorum nobis ſunt propinqui, qui ex parte virorum nos attingunt*. at οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, ſ. ὄντες, *qui ſunt ad pocula, præfecti poculis, pocillatores*. hæc Latini quoq; ſic efferunt interdum. Sueton in Claudio *Super hos polybium à ſtudijs, Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationib.* Idem addito ſubſtantiuo in Cæſare dicit, *Philomenē à manu ſeruum* itidemq; Cic ad At. *Pollucem ſeruum à pedib. Romam miſi*. Priores etiā formulas per ἀμφὶ & περὶ, idem Latini imitantur. Terēt. *Quæ circum illam erant ancilla*. Aemilius Prob. *Qui circum Antigonum erant*. 4, In partionibus quoque articulus cum μὲν & δὲ poni videtur per ellipſin partitiui ἕτερος, *alter*. vt apud Xen. τὰ δὲ μὲν τῶν κυνῶν ἐστι διττά: αἱ μὲν, καστόριαι: αἱ δὲ, ἀλωπεκίδες: *canum genera duo ſunt: alteræ caſtoriæ dicuntur: alteræ, alopecides*, ſeu *vulpinæ*, 5, Sine ellipſi articulus apponitur nō tantum nominibus, ſed etiam aliis orationis partibus. Infinitiuis verbis

ap-

apponitur cum pro nominib. vsurpantur; vt supra docui cap. 12. num. 8. Sic apponitur etiã participio in vocabuli certa limitatione: vt, *οἱ φρονοῦντες, ἢ qui sapiunt*: & substantiue τὸ φρονοῦν pro *ἡ φρόνησις prudentia*. Pronom. substantiuis non præponitur. Relatiuo αὐτὸς præpositus, mutat eius significationem. nam ὁ αὐτὸς significat *idem*, ἡ αὐτὴ, *eadem*, τὸ αὐτὸ, & contracte ταὐτὸ, *idem*. Sic *οἱ ἄλλοι, οἱ ἕτεροι, cæteri*: cum ἄλλοι & ἕτεροι generalius significet *alij*. 6, Neutri generis articulus præponitur quibuscunque vocib. absolute captis. Aristot. De gener. anim. *ὥσπερ μετὰ τὸ Παῖς ἀνὴρ γίνεται, quemadmodum postquam* puer *aliquis esse desierit, fit vir*. Idem Analyt. pr. *μὴ προσθεὶς τὸ Πᾶσαι, nisi adiecerit vocabulum* omnem. 7, Idem interdum duplicatur: ita vt prior totum attributum spectet, posterior partem eius. Aristot. De cælo, lib. 3, cap. 2. *ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο ἄτοπον, τὸ, τὸ ἄπειρον ἄτακτον ἔχειν κίνησιν, verum enimvero hoc quoque absurdum est, quod infinitum habeat motum inordinatum.* Sic Alexan. Aphr. *προσδεήσεται καὶ ἄλλων τινῶν πρὸς τὸ τὸ ἴδιον ἔργον ἀποδιδόναι, indigebit etiam alijs quibusdam ad id vt opus suum absoluat, seu, ad id vt officij sui partes expleat.* 8, Pleonasticωs quoque aduerbijs nonnunquam additur, more Attico; vt infra dicetur capit. 17. num. 6 9, Quæ præterea sint anomaliæ in articuli adiectione vel omissione, dictum in R. 291, & seq, 10, Vsurpatur articulus etiam pro demonstratiuis pronominib. interdum: item pro Relatiuo ὃς *qui*, pro Interrogatiuo τίς *quis*, & pro Infinito τὶς *aliquis*: item pro vocandi aduerbio: vt docui R. 297, 298, 299. Latine articulus non semper potest exprimi. Nonnunquam tamen exprimitur demonstratiuo *ille*. vt Ioann. 1, *ὁ προφήτης εἶ σύ: es ne tu propheta ille*, id est, magnus ille propheta à Mose prædictus. Sic vsurpatum putatur istud Plinij; *Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti*, vt sit τὸ καίειν, sed potest tamen æque accipi pro αὐτὸ τὸ καίειν.

Ad collocationem porro articuli quod attinet, substantiuis nudè positis præponitur: vt Ioann. 1, *αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, tollens peccata mundi*. 2, In tali substantiuorum constructione sæpe continuatis articulis sub-

ſubſtantiuum regens poſtponitur, elegantius: vt, Iſocr. τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπειν, *cæterorum infortunia intueri.* 3, Adiectiuis quoque præponitur, tum nominalibus, tum pronominalibus, tum participialibus, & alijs; ſed ita vt cum adiectiuo ſuo ſubſtantiua modo antecedat, modo ſequatur. Antecedit enim, quum ſubſtantiuo non apponitur aliud à fronte attributum. vt, οἱ γνήσιοι φίλοι: & partitiue, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, *genuini & veri amici.* Poſtponitur, cum ſubſtantiuum à fronte alium habet articulum: vt Iſocr. τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Sic in appoſitione: Herod. ἐς τὸν Ὄλυμπον τὸ ὄρος, *in Olympum montem.* 4, In ſubſtantiui & demonſtratiui copulatione, articulus præponitur ſubſtantiuo, demonſtratiuo nunc præpoſito, nunc poſtpoſito: vt, τάδε τὰ ἔπη, & τὰ ἔπη τάδε. Sic Dionyſ. Hal. 201,41. περὶ αὐτοῦ τοῦ τόπου, *de ipſo loco*; & mox, τοῖς θεοῖς αὐτοῖς, *dijs ipſis.* Sic item Thuc. παντὶ τῷ στρατεύματι: & Æſchin. τῆς οἰκουμένης πάσης. cuius generis alia viſe R. 293,19. 5, Quantitatis tamen & qualitatis demonſtratiuis præponitur interdum articulus. Dionyſ. Hal. 201,17, τὰς τοσάσδε μυριάδας: & 419, 33, τὰς τοσαύτας μυριάδας, *tot milia.* Idem 347,15, ἐπὶ ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς, *poſt tales clades*: & mox ἐπὶ ταῖς τηλικαύταις εὐπραγίαις, *poſt tantas fœlicitates,* ſeu *tam fœlices rerum ſucceſſus.* Sic Pauſ. 176,27, ἐπὶ τῷ τοιῷδε, *ea de cauſa, eam ob rem.* Item ἡ πᾶσα Σικελία, *vniuerſa Sicilia,* apud Thuc. 6, Articulus confuſius interdum multiplicatur. Pauſ. 275,11, τῆς δὲ Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον. breuius enim & clarius ita ſonat ſenſus, τῆς δὲ Ἀθηνᾶς τῆς Ἀλέας τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα; *porro vetus Mineruæ Aleæ ſimulacrum.* Sic idem 178,30, καθῆκεν ἐς τῶν ἵππων τὸν δρόμον τῶν τελείων τοὺς πώλους, pro καθῆκε τοὺς πώλους ἐς τὸν δρόμον τῶν τελείων ἵππων, *pullos immiſit in adultorum equorum curſum*; ſeu, *pullos cum adultis equis in curſus certamen commiſit.* 7, Interdum etiam regens ſubſtantiuum cum ſuo articulo longius poſtponitur. vt apud Ariſt. De anima, ἄδηλος δὲ καὶ τοῦ κύκλῳ φέρεσθαι τὸν οὐρανὸν ἡ αἰτία, *ſed & cauſa cur cælum in orbem* (ſeu *circulari motu*) *feratur, obſcura eſt.*

De articuli & articulatæ vocis craſi, viſe R. 280,23: & ſupra 228,26.

Postpositiuus articulus, seu Relatiuum pronomen, ὅς, ἥ, ὅ, naturæ ordine subsequitur: sed non ineleganter interdum præmittitur. Demosth. χρὴ μὰ Δί', οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι. ibi enim naturæ ordo postulabat talem seriem, οὐ βασκ. ταύτην τὴν δύν. ἣν Διοπ. id est, *oportet, me Hercule, non inuidiose perstringere ac conuellere eas vires quas Diopithes vrbi adstruere nititur.* Sic Cicero, *vt, quam poßeßionem habet in agro Volaterrano, eam*—Vise & R. 299. 2, Idem præpositioni postponi cum soleat, quandoque præponitur. Aristot. Polit. 2, ἄπειρος γὰρ τῆς ἐπιθυμίας φύσις· ἧς πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσι, pro πρὸς ἧς *ad cuius expletionem.* 3, Idem sibi antecedens interdum postponit, casu eiusdem ad suum casum conformato. Theophrastus, ἀπὸ ἀνθῶν καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἔνι γλυκύτης, pro, ἀπ' ἀνθῶν καὶ ἄλλων ἐν οἷς, *à florib. & alijs in quibus ineſt dulcedo.* 4, Idem, eiecto nonnunquam antecedente, eiusdem casum sibi vsurpat. Dionys. Hal. τριάκοντα σταδίους ἀπεῖχεν ἀφ' οὗ τὸ πάθος ἐγένετο τόπου, pro ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ *triginta stadijs aberat ab eo loco in quo clades accepta erat.* Aristot. ἀντικαταλλαττόμενός τι ἀνθ' οὗ προΐεται, pro ἀντὶ τούτου ὅ, *per commutationem aliquid accipiens pro eo quod dimittit.* cuius generis alia vise R. 301, 302: quib. adde ἐφ' ᾧτε, pro ἐπὶ τούτῳ ὥστε, *ea conditione vt.* Sic Terent. *Restitue in quem me accepisti locum,* pro, restitue me in locum in quo me accepisti. & Cic. *Recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti,* pro ad id tempus quod confirm. seu, eo tempore quo te vent. conf. quib. addi potest ex Virgil. Æn. 7, *ad muros quam dicitur vrbem Acrisioneis Danae fundasse puellis;* pro, ad muros eius vrbis quam D. Hanc brachylogiam volunt esse Atticam. 5, Sed inueniũtur etiam communis syntaxeως exempla; in quib. scil. antecedente suo loco posito, relatiui casus respondet sequenti. Dionys. Hal. 454, τὰ ἄλλα ὅσων ἔδει τῇ στρατιᾷ, Idem, 485, χάριν οἶδα τῆς τιμῆς ᾗ με τιμᾶτε. & 497, περὶ τῶν νόμων οὓς ἐσπούδαζον οἱ δήμαρχοι γραφῆναι. itidemque apud Aristot. & alios. 6, Genus quoq; sæpe ad intellectum conformat. Aristot. Rhet. 32, 12. ὅπερ ἦν δευτέρα πίστις, *quod,* id est, *quæ ratio.* Sæpe genus cõformat cum sequenti substantiuo;

vt docui R. 300, 10: vbi etiam de anomalia numeri. 7, Periphrasticis etiã formulis inseruit. Plato Minoe, οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχονται τῶν συμποσίων ἢ Κρῆτες. ibi enim οὐκ ἔστιν οἵτινες periphrastice vsurpatum pro οὐδένες *nulli*. vt apud Horat. quoque, *Sunt qui non habeant, est qui non curet habere*; pro, quidã non habent, quidam habere negligunt. 8, Nonnunquam idem effertur per præpositiuum articulum & participium; & quidem vsitatius atq; elegantius: vt Act. ap. 9, ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, pro, πάντες ὅσοι ἤκουον, *omnes qui audiebant*. Sic pro Hesiodeo isto, Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει, non minus eleganter dixeris ὁ ὑπέρτατα δώματα ναίων. 9, Vsurpatur etiã pro demõstratiuis pronominib. pro interrogatiuo τίς *quis*, pro infinito τὶς *aliquis*; vt docui R. 303, 16. 10, Qualitatis relatiuũ οἷός τε, Atticæ brachylogiæ & ipsum inseruit. Herod. οἷῳ τε ἐόντι λογίζεσθαι, id est, τοιούτῳ ὄντι ὥστε λογίζεσθαι, *tali qui posset perpendere*. Inde plerumq; vsurpatur pro δυνατός, *potis*, & *possibilis*. Sic R. 301 & 302, notata sunt, οἷόν σε, pro τοιοῦτον οἷος σύ: & οἷον pro ὅτι τοιοῦτον, aliaq; consimilia.

Pronominum syntaxis.

CAP. XVI.

PRonomina primitiua, nõ verbis tantum apponuntur, sed etiam nominibus & participijs; & his quidem interdum articulate, declarationis alicuius gratia; illis vero absq; articulo. 2, Primitiui pronominis genit. sæpissimè vsurpatur pro possessiuo. vt 2. Cor. 12, οὐ ζητῶ τὰ ὑμῶν, pro τὰ ὑμέτερα. 3, Possessiuis præmittitur articulus, siue præponantur siue postponantur. vt, cum Aristot. Rhet. 3, 127, 15, tradit, idem esse τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας, &, τῆς ἡμετέρας γυναικός: sed illud longius, hoc breuius. 4. Possessiua vsurpantur interdum pro primitiuis. Luc. οὗτοι ἀναλίσκουσι τὰ ἐμὰ τοῦ κακοδαίμονος, *hi dissipant mea infœlicis bona*. Dionys. Hal. 214, 33, ἐκ τῆς ἐμῆς ἑνὸς ὄντος προστασίας, *è mea vnius tutela*. Sic etiam Plato, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, *dicam enim tua beneuolentia*: (vt *tua gratia, tua causa*) id est, *pro mea erga te beneuolentia*. 5, Possessiuum per hypallagen à poetis tribuitur interdum ei substãtiuo cui minus apte conuenit. Eurip. Phœn. τὸ ἐμὸν ὠδίνων πόνον,

pro τὸν ἐμῶν ὠδίνων πόνον, *meorum dolorum laborem.* 6, Primæ personæ pronomen datiuo casu pleonasticῶς interdum inseritur orationi. Demosth. τούτῳ μοι προσέχετε τὸν νοῦν, *huic mihi mentem attendite.* Philemon, Σύρα, Σύρα. τί ἐστι; πῶς ἡμῖν ἔχεις; *Syra, Syra: quid est? quo modo nobis habes?* Sic Terent. *Quid ait nobis Sannio?* Virg. *vbi nunc nobis deus ille magister?* pro, *quæso.* 7, De relatiuo pronomine ὅς dictum est cap. præced.

Aduerbiorum syntaxis.
Cap. XVII.

ADverbia non verbis tantum, sed etiam nominibus & participijs, quin & suo ipsorum generi apponuntur, ad exprimendam aliquam circumstantiam. Aristot. εὐδαιμόνως ζῆν, *beate viuere.* Plato, μὴ πάνυ ἀξιοκοινώνητος, *non admodum communicatione dignus.* Idem, οὕτω χρονίως, *tam diu.* 2, Qualitatis aduerbia sæpe inseruiunt periphrasi. Demosth. κακῶς ἔχων νόμος, pro κακὸς νόμος, *mala & iniqua lex.* Aristoph. ἀναγκαίως ἔχει μοι ταῦτα ποιεῖν, pro ἀναγκάζομαι ταῦτα ποιεῖν, *cogor hæc facere.* 3, Eadem rursus circumscribuntur per nomen substantiuum cum præpositione. Isocr. τοὺς μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας, pro τοὺς εὐσεβῶς καὶ δικαίως ζῶντας, *eos qui pie ac iuste viuunt.* Demosth. εἰ μετ' ἀληθείας τις σκοποῖτο, pro ἀληθῶς, *vere.* Efferuntur eadem etiam per datiuum modalem. Aristot. ἀὴρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά, *aer & aqua per se & sua natura sunt alba.* id est φυσικῶς, *naturaliter.* Sic Virg. Æn. 7, *Consilio hanc omnes animisque volentibus vrbem Afferimur*; pro, consulto ac sponte. 4, Comparatiuum aduerbium μᾶλλον, comparatiuis sæpe additur; pleonasmi quidem specie, non tamen sine emphasi. Eurip. θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος. Sic Dionys. Hal. 311, 9, προχειρότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον, *promptius quàm prudentius.* Sic item Alcimus lib. 1, *Quoque magis natura hominis sublimior exstat.* Contra idem quandoque deest: Ram. gr. 318, 13. vt apud Hom. quoque, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, *malo ego populum saluum esse, quam perire.* 5, Negandi aduerbia interdum iterantur, aut per synonyma duplicantur, ad negationis vim magis inten-

intendendam. Arist. μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐκ, ἢν γε μὴ ὀμόσῃς ἐμοί, *non per Apollinem; non; nisi mihi iuraueris.* Sic Demosth. οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον, Ἀριστογεῖτον· οὐχ ὅμοιον, οὔ, *non est enim simile, Aristogiton; non simile, non.* Sic item Cicero de arusp. resp. *Non ignouit, mihi crede, non: nisi forte tibi ignotum putas.* Sic negatiuorum nominum & coniunctionum negatiuarum adiectione intenditur aduerbiornm negatiuorum efficacia. Plato apologia, οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδέν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι. Sicut etiam Lucilius apud Nonium, *Proprium nil neminem habere,* (μηδένα μηδὲν ἔχειν ἴδιον) pro, Neminem quidquam habere proprium. De his & alijs vise R. 319,320.321. 6, Aduerbia, præmisso à fronte articulo, subaudito à tergo participio, nominum vicem gerunt. vt, Xenoph. τὰ ἔμπροσθεν ἅμα καὶ τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν, *anteriora pariter & posteriora videre.* sic οἱ πέλας, οἱ πλησίον, οἱ ἐγγύς, s. ὄντες, *propinqui.* Sic item οἱ πάλαι, *veteres:* οἱ νῦν, *qui nunc sunt:* εἰς τὴν αὔριον, *in crastinum.* cuius generis alia supra quoque notata, cap. 15, num. 2. Item ὁ πάνυ, *excellens, præstans:* ὁ ἄγαν, *nimius;* & similia Horum imitatione. Virg. dixisse putatur, *peccare fuisset ante satis:* vt sit τὸ πρότερον ἁμάρτημα: & Terent. Hecyra, *omne quod est interea tempus,* πᾶς ὁ μεταξὺ χρόνος. 7, Interdum tamen etiam pleonasticῶs aduerbio præmittitur articulus. vt τὸ πρίν, *prius:* τὰ νῦν, *nunc:* τὰ μάλιστα, *maxime.* itidemque τὸ ἐξ ἀρχῆς, & τὸ κατ' ἀρχάς, *initio:* τὸ ἐπὶ τούτοις, *exinde:* τὸ ἐπὶ πλεῖστον, *vt plurimum;* & similia. quæ nonnumquam etiam (velut composita) coniuncte scripta reperiuntur; τοπρίν, τανῦν, &c. In diuisa scriptura ellipsis quædam videtur statui: vt τὸ πρίν significet, *si priora seu superiora spectes:* τὰ νῦν, *si spectes ea quæ nunc sunt;* seu, *quod attinet ad præsentem statum.* Vise & R. 313, 31, & seq.

Casum porro alium alia sibi sumunt aduerbia. Deriuata suæ originis structuram plerumque imitantur. Plato, ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, *ita vt viro bono dignum est.* Aristot. Ethic. Eud. ἰσαχῶς τῷ ὄντι, *tot modis quot ens.* Demost. ὁμοίως τοῖς μάλιστα, *vt qui maximè.* Sic aduerbia è verbis & participijs deriuata. Homer. ἔξοχα πάντων, *supra omnes, præstantius quàm omnes.* Dionis. Hal. συμφερόντως τῷ κοινῷ,

ita vt conducit reipub. Sic item è præpositionib. orta. Homer. ὀτρυνῶσι πόλιν εἴσω, *cogere intra vrbem*, seu *in vrbem*. Apollon. ἔκτοθι πύργων βαῖνον, *è turrib. egrediebantur*. 2, Quædam etiam proprios sibi casus asciscunt, partim significationis natura, partim nominum imitatione, partim alio quopiam respectu.

Genitiuum regunt localia: vt, ἐγγὺς τῆς πόλεως, *prope vrbem*: πλησίον τῆς ἀγορᾶς, *prope forum*: πόῤῥω ἡμῶν, *procul à nobis*: ἐνώπιον ἐμοῦ, *coram me*, *in conspectu meo*: πάροιθε ποδῶν, *ante pedes*: προπάροιθε θυρῶν, *ante fores*: ἕως τοῦ λόφου, *vsque ad collem*: μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπιτωλίου, *inter arcem & Capitolium*: πέραν τοῦ Ιορδάνου, *vltra Jordanem*: πέρα τοῦ μέτρου, *vltra modum*: εἴσω τοῦ χάρακος, *intra vallum*: ἐντὸς ὑμῶν, *intra vos*: ἔνδοθι κρήνης, *in fonte*: ἐκτὸς τοῦ σώματος, *extra corpus*: ἔξω τῆς πόλεως, *extra vrbem*. 2, Temporalia: vt εὐθὺς τοῦ δείπνου, *statim à prandio*: μέχρι τῆς ἑσπέρας, *vsque ad vesperam*: εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν, *intra dies triginta*. 3, Horum quædam genitiuum regunt respectu partitionis. vt ποῦ γῆς; *vbi terrarum?* πανταχοῦ τῆς χώρας, *per omnes regionis partes*: ἐνταῦθα τύχης, *in hac fortunæ conditione*. Item, πότε τοῦ χρόνου; *quo temporis articulo?* πρωῒ τῆς ἡμέρας, *matutino diei tempore*: ὀψὲ τῆς ἡμέρας, *vespertina diei parte*. Sic illa numeratiua, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, *semel in anno*: πεντάκις τῆς ἡμέρας, *quinquies in die*: vel, *semel quotannis*, *quinquies quotidie*. 4, Serici & cohærentiæ aduerbia: vt, ἐφεξῆς τοῦ ἑνὸς, *deinceps post vnum*. 5, Separationis aduerbia: vt ἄνευ κινδύνου, *sine periculo*: χωρὶς τῶν ἄλλων, *sine cæteris*: item apud poetas, ἀπάνευθε πόνου, *absque labore*: δίχα δώρων, *sine donis*: νόσφι Διὸς, *sine Joue*. 6, Sic exceptionis aduerbia: vt πλὴν γυναικῶν, *præter mulieres*, *exceptis mulieribus*. 7, Celandi aduerbia: vt λάθρα τῶν φίλων, *clam amicos*: κρύβδα Διός τε ἄλλων τε θεῶν, *clam Joue aliisque diis*. 8, Causæ: vt τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, *boni causa*: τῆς ἀληθείας χάριν, *veritatis gratia*: τοῦ κέρδους ἕνεκα, *propter lucrum*. 9, Similitudinis seu comparationis: vt, ποταμοῦ δίκην ἢ πυρὸς, *instar fluuij aut ignis*. Sic Philo, ἑρπηνώδους νοσήματος τρόπον διαφάγῃ, *more serpentis vlceris perederit*. 10, Comparatiua & superlatiua: vt, μᾶλλον τῆς φύσεως, *magis quam natura postulat*: πλέον τοῦ δέοντος, *magis quam oportet*;

oportet : μάλιστα πάντων, *omnium maximè* : ἥκιστα πάντων, *omnium minimè*.

Datiuum regunt congregatiua: vt ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις, *vna cum socijs* : ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *vna cum prima luce*.

Accusatiuum regunt iuratiua aduerbia : vt, νὴ τὸν Δία, *ita per Jouem* : μὰ τὸν Ἀπόλλω, *non per Apollinem*. At τὶ in μεγαλωστὶ, νωστὶ, & similibus, pleonasmi habet speciem. aliquantum tamen significationem adauget: vt in νυνὶ, ὡδὶ, adiectio finalis demonstrat efficacius ; velut demonstratiuum ἰδού.

Duos etiam casus quædam asciscunt ; modo genitiuum, modo datiuum. Ioann, 19, ἐγγὺς ἦν τῆς πόλεως, *erat propè vrbem* : at Aristot. ἐγγύ ἐστι τῇ κοιλίᾳ, *vicinum est ventri*. Rursum Ioann. 4, πλησίον τοῦ χωρίου, *prope prædium* : at Aristot. τῶν πλησίον τοῖς ἀγγείοις τιθεμένων, *eorum quæ prope vasa ponuntur*. Rursum Galenus, ἐφεξῆς αὐτῶν, *post eos* : at Aristot. Polit. ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις λέγωμεν, *consequenter post supra dicta dicamus*. Rursum Epigramm. lib. 1, ἄμμιγα νεκροῖς κεῖμαι, *inter mortuos iaceo* : at lib. 3, ἤσκησεν Μουσῶν ἄμμιγα καὶ Χαρίτων, *inter Musas & Gratias exercuit*.

Quædam præpositionem sibi adsciscunt. Aristot. μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον, *vsque ad solem*. Aratus, μέσφα παρ' αὐτὴν οὐρὰν, *vsque ad ipsam caudam*. Cum verbis autem quàm variè construantur, fusius exposui R. 315, & sequ.

Coniunguntur etiam interdum aduerbia synonyma. Hesiod. Ergων. 1, νόσφιν ἄτερθε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, *sine malis & absque difficili labore*. Sic apud Aristoph. μάλα σφόδρα, *magnopere*: & apud Platonem πάνυ σφόδρα, *omnino*. vt & apud Cic. de legib. *Sane quidem Hercule; & est ista recte docendi via*.

Ordine quoq; variant. nam cetera fere omnia præcedunt suum casum ; sed causæ ac similitudinis aduerbia plerumq; sequuntur. interdum tamen illa postponuntur, hæc præponuntur : R. 368, 1.

Absolute quoq; sine casu ponuntur quædam. Thucyd. ἔτη ἐγγὺς τριακόσια, *anni prope trecenti*. Dionys. Halic. ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, *annos ferme quingentos*. Idem, ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων, *annis ferme quingentis*. Aristoph. οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ, *non est alius præterquam ego*.

Per ellipſin reticentur interdum cauſſalia: R. 368, 31. Sic apud Thucyd. lib. 1, διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας προὔγραψα πρῶτον καὶ τὰς διαφοράς, τοῦ μή τινα ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη, id eſt, ἕνεκα τοῦ, ſeu ὑπὲρ τοῦ, *eam ob rem, ſeu ea de cauſa, vt ne quis fortè quær.* Sic Terent. Adelph. *Ne id aſſentandi magis, quam quod habeam gratum, facere exiſtimes.* Saluſt. *Regium imperium, quod initio conſeruandæ libertatis atque augendæ reipubl. fuerat.* nam in his quoque ſubauditur *gratia, cauſa.* itidemque Inſtitution. Iuſtin. l. 3, *laudamus quidem prætores ſuæ humanitatis.*

Interiectiones quæ dicuntur, & ipſæ nonnunquam ſibi caſum aliquem aſſumunt. ὦ cum nominatiuo abſolute ponitur in exclamatione admiratiua. Eurip. Hel. ὦ κλεινὸς ἡμῖν πόσις. Sæpius cum vocatiuo: vt Ariſtoph. Acharn. ὦ Ζεῦ δίοπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ. Item cum genitiuo: vt ὦ τοῦ ἀδικήματος, *o inſignem iniuriam.* vbi quidam malunt ὤ, accentu acuto. 2, Eandem ſtructuram ſequitur eiulantis aduerbium οἴμοι, *heu mihi.* Abſolute cum nominatiuo legitur apud Ariſtophan. οἴμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα. Cum vocatiuo apud Sophocl. οἴμοι πάτερ, τίν' εἶπας; Cum genitiuo apud Luc. οἴμοι τῶν κτημάτων, οἴμοι τῶν ἀγρῶν. 3, Cum accuſ legitur αἶ in Epitaphio Adonidis. Cur autem hic vel ille caſus particulis iſtis tribuatur, expoſui R. gr. 366, 21, & ſeq.

Præpoſitionum ſyntaxis.

CAP. XVIII.

PRæpoſitionum aliæ cum vno, aliæ cum duobus, aliæ cum omnibus trib. obliquis conſtruuntur; ſignificatione multiplici: quippe quæ aliâs loci aut temporis, aliâs cauſæ, modi, aut alius conſimilis circumſtantiæ notationem habeat. Vnius caſus ſunt octo; duorum, quatuor; trium, ſex.

Genitiuum ſolum aſciſcunt quatuor: duæ monoſyllabæ, ἐξ & πρό: duæ diſyllabæ, ἀντὶ & ἀπό.

ἐξ. ΕΞ, & (ſequente conſona) ΕΚ, *ex*, in ſignif. multiplici. vt ἐκ Συρίας, *è Syria*: ἐξ οὗ χρόνου, *ex quo tempore*: ἐκ ῥαθυμίας πενία, *ex ignauia paupertas.* 2, A B: vt, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, *à Ioue*

à Ioue incipiamus. Sic in temporali significatione: ἐκ τούτου, *ab eo tempore*: ἐκ νηπίου, *ab infantia*: ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, *à teneris vnguiculis*: & huius generalis alia. 3, Præ. sic enim ex Pindaro affertur, ἐξ ἄλλων ὁδὸν ταύταν ἐπίστανται, *præ alijs seu supra alias, hanc viam sciunt.* 4, In modi signif. nudo ablatiuo exprimitur rectius. vt ἐκ παντὸς τρόπου, *omnibus modis, quacumque ratione.* Sic Marci 12, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἀγαπᾶν, *toto corde amare.* 5, Aduerbio etiam redditur interdum. Herod. ὃ δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, *quod diuinitus fieri seu accidere oportet.* 6, Articulum à fronte assumens, nominis vicem gerit: vt οἱ ἐκ τῆς στοᾶς, *stoici*: οἱ ἐκ τοῦ κήπου, *hortenses, Epicures.* 7, Assumit nonnumquam aduerbium. vt ἐκ τότε, seu coniuncte ἐκτότε, *ex eo tempore*, seu *ab eo tempore.* Cum verbis composita, varie pro loco redditur: vt ἐκμανείς, *furore extimulatus*, vel, *furore incensus.*

Πρὸ, *Pro*, id est, *Ante.* Aristoph. Vesp. πρὸ τῶν θυρῶν, *pro foribus, ante fores.* Aristot. Rhet. Alex. πρὸ τῆς πόλεως, *ante vrbem.* Thucyd. πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, *ante Troiani belli tempora.* Plutarch. Poplic. ἡμέρᾳ τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων, *die vndecimo ante kal. Maias*: quod vsitatius per ellipsin dicitur, *vndecimo kal. Maias.* 2, *Pro*, in defensionis significatione. Plato, μάχεται πρὸ ὧν αὖ τίκῃ, *pugnat pro ijs quæ peperit, pugnat pro salute prolis*, sic Xen. ἃ πρὸ αὐτοῦ τὶς οὐκ εἰργάσατο, *quæ pro se non fecerit aliquis.* 3, *Præ.* Herodot. πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, *bellum paci præoptat.* 4, Progressus & commodi significationem habet in istis, πρὸ ἔργου & πρὸ ὁδοῦ. Arist. Metaphys. 6, ἔσται γὰρ πρὸ ἔργου πρὸς τὴν παροῦσαν σκέψιν, *proderit enim ad præsentem disquisitionem.* Luc. ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτο εἰς τὰ μαθήματα, *quod tibi profuerit ad progreßus in disciplinis.* Sic apud Homer. πρὸ ὁδοῦ ἐνόησαν, *de negotio promouendo consultant.* 5, Articulum à fronte assumens, subaudito à tergo participio, nominis vicem gerit: vt οἱ πρὸ ἡμῶν, s. γεγονότες, *maiores nostri.* 6, Sequente ο vel ε, nonnumquam per crasin Attice cum casu suo conflatur: vt προὐλίγου, pro πρὸ ὀλίγου, *paulo ante.* sic προὔργου pro πρὸ ἔργου. Demosth. μηδὲν εἶναι προὔργου περὶ αὐτῶν τι λέγειν, *nihil prodesse de ijs in aliquid dicere.* Aristoph. τῶν προὔργου τι δρᾶν, *facere aliquid eorum quæ pro sunt, seu operæ pretium facere.* Eadem crasis frequens

est

est in compositis: vt προὔπτος *præuisus*, προὔχων *præminens*: item in augmentis verborum: vt Clenardus & Antesignanus supra fusius notarūt 226, 227, 228. In hoc genere cum posterior compositionis pars à vocali aut diphthongo aspirata incipit, prima huius præpositionis litera π & ipsa in aspiratā φ vertitur: vt φροῦδος, pro πρόοδος, *qui iam præteriÿt, qui curriculum suum absoluit.* Sic φρουροὶ, *prospeculatores*, à προορᾶν. item φροίμιον ex προοίμιον, & similia. In πρωκτὸς quoque & πρωῒ similis esse crasis videtur quibusdā. 7, Seruat autē in compositione significationes supradictas vt plurimum: in nonnullis tamē variatur præpositio Latina: vt προάστιον, *suburbium.*

ἀντί. Ἀντὶ Pro, id est Loco, Vice, Aristot. Oec. ὁ βοῦς ἀντ' οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστι, *bos pauperib. est pro famulo.* id est, famuli vicem explet. Sic ἀνθ' ἑνὸς δύο, duo pro vno. Sic item ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακά, *pro bonis reddere mala:* vt Terent. quoque, *Pro hoc nuntio quid donem?* At Thuc. ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται, *pro bonis facti sunt mali*, id est, cum boni esse debuissent. 2. Pro, id est Propter. Gregor. οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, *nescio quam ob rem.* Luc. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην, *redde pro eo quod te transfretaui, solue naulum.* 3, Subauditur etiam interdum, vt apud Xen. πόσου διδάσκει; Luc. διδάσκει μισθοῦ. R, 371, 15. 4, In compositione quoque significat Pro: vt ἀνθύπατος, *proconsul.* Sed frequentius significat *Contra:* vt ἀντιλέγειν *contradicere*, ἀνθίστασθαι *resistere, obsistere.* Significat etiam vicissitudinem: vt ἀντευεργετεῖν, *vicissim beneficio afficere, reddere beneficium.* Item comparationem: vt ἀντίθεος, *qui cum dÿs comparari possit, deo æqualis.*

Ἀπό. Ἀπὸ, Ab. vt in prouerb. ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τοὺς πόδας, *à vertice ad calcem vsque.* Arist. ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, *à principio vsque ad finem.* Hermog. καθαίρειν ἀπὸ τῶν ἀσεβημάτων, *purgare ab impÿs sceleribus.* 2. Ex Callimach. τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν: vt Lucr. quoque, *è terra spectare mare.* Isocr. ἀπὸ δικαστηρίων ζῆν, *è iudicÿs & foro victum quærere.* 3, De Thuc. ἀκροθίνιον ἀπὸ Μήδων: vt Virgil. Æn. 3, *AEneas hæc de Danais victoribus arma.* Aristoph. Pluto, ἀπὸ τῶν ἐμῶν δειπνήσετον, de meo cænabitis, ἀπὸ συνθήματος vtraque præpos. reddunt Latini. Plinius, *ex com-*

composito. Suetonius *ex compacto*. *Liuius de compacto*. 4, Per Chrysost. κατελύθη πόλεμος ἀπὸ προσευχῆς, *per preces diremptum est*. Sic ἀπὸ κακίας ἀδικεῖν τινὰ, *per malitiam afferre alicui iniuriam*. 5, Absque Plutarch. ἡ ἀπ' ἀνδρὸς οὖσα, *quæ sine marito est*, *vidua*. 6, A, id est Post. Homer. ἀπὸ δείπνου, *à prandio*. Xenoph. ἀπὸ σάλπιγγος, *post tubæ sonitum*. 7, Interdum nudo ablatiuo exprimitur. Plutar. ἀπὸ στόματος λέγειν, *ore & verbis referre quod iniunctum est*. Aristoph. ἀπὸ σμικροῦ τι διαπράξαι, *leui impensa efficere aliquid*. 8, Aduerbium quoque pro genitiuo sibi adsciscit. vt ἀπὸ τότε, *ex illo tempore*. Sic ἀπὸ τηλοῦ *è longinquo*. quod Latini quoque, *de procul*, & *de longe* dicunt. At in isto Lucæ ἀπὸ μακρόθεν, & Homeri ἀπ' οὐρανόθεν, pleonasmus esse videtur præpositionis: quod terminatio θεν per se motum de loco significet. 9, Contra subauditur interdum, vt tum supra monui aliquoties, tum R. 371, 31. 10, Articulum quoque à fronte capit, subaudito à tergo participio. vt οἱ ἀφ' Ἡρακλέους, *Heraclidæ, Herculis nepotes*: οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, *stoici*: in originis scilicet & sectæ significatione: sicut etiam Ouid. Trist. 3, *Nauita ab Italia*: & Virgil. Georgic. 3, *Pastor ab Amphryso*. 11, ἄπο baryton ως remotionis significationem habet. Pausl. Phoc. οὐκ ἂν ἄπο γε εἰκότος εἴη, *non abhorruerit à verisimili*. Sic οὐκ ἄπο τρόπου, *non inconuenienter*: οὐκ ἄπο καιροῦ, *non intempestiue*: οὐκ ἄπο πράγματος, *non abs re*, *non præter rem*: οὐκ ἄπο γνώμης, *non præter animi sententiam* οὐκ ἄπο σκοποῦ, *non præter scopum*: & similia. 12, Postponitur etiam in carmine Simonides, οὔτι κακῶν ἄπ' ἐστιν, sic nihil est absque incommodis: *vel etiam*, procul malis. 13, In compositione quoque supradictas significationes retinet: in multis tamen variat: immo in vna eademque voce interdum significationes habet plane diuersas: vt ἄποπτος apud Arist. *qui conspici alicunde potest*: apud Soph. & Dionys. Halicarn. *à conspectu remotus*: sic ἀπειπεῖν *interdum est abdicare*, interdum *interdicere ac vetare*, interdum *renuntiare*, interdum *fateri se victum ac fractum esse*; & huius generis alia. 14, Crasin etiam in compositione patitur: vt ἀπουργοὶ pro ἀποεργοὶ *loca secreta*, *seu ab operis*

ris tractatione remota; vt sunt anguli sordibus deponendis dicati: & ἀπίεραι, pro ἀποκίεραι seu ἀποίρραι.

Datiuum solum asciscentes præpos.

Datiuum solum adsciscunt duæ: ἐν & σύν.

ἐν. Ἐν, In. vt, ἐν οὐρανῷ, *in cælo*: ἐν μάχῃ, *in pugna*. At ἐν θεῷ ἦν, *in Dei potestate erat*, 2, Inter. vt ὄντας ἐν μελίτταις. 3, Intra: 4, Cum: R.372,8. 5, Pro: in æstimatione: vt ἐν μηδενὶ τίθεσθαι, *pro nihilo habere*. 6, Interdum in versione Latina non exprimitur: 7, Atque adeo etiam plane nonnunquam redundat: R.372,12. 8, Aduerbio quandoque redditur: vt ἐν δίκῃ, *iure*: ἐν καιρῷ, *opportune*: ἐν παρόδῳ, *obiter*. Sic ἐν εἰκόνι διαπορεύεται, *transit velut imago*. 9, Interdum redditur participio, aut nomine: vt ἐν ὀργῇ εἶναι, *inuisum esse*: ἐν ἡδονῇ εἶναι, *gratum esse*: ἐν καλῷ εἶναι, *honestum esse*. 10, Ponitur etiam pro εἰς. Xen. ἔλθοι ἐν τῇ Ἑλλάδι *veniret in Græciam*. 11, Reperitur etiam cum genitiuo, per ellipsin datiui οἰκίᾳ, vel similis; R.372, 17. vt apud Lat. adulterium commisit, *in Veneris*, s. æde. 12, Articulum etiam à fronte capit, subaudito à tergo participio: vt ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, s. ὤν, *qui in cælis est, cælestis*. 13, In compositione varie exprimitur: vt ἰσχύω non tantùm *manus inijcio*, sed etiam *aggredior*. 13, Poetice pro ea vsurpatur interdum ἐνὶ, interdum εἰν, prout metrum tulerit.

σύν. Σύν, Atticè ξύν, Cum: passim, obuium. 2, σὺν θεῷ *Deo volente*: σὺν Χάρισι, *Gratijs fauentibus*. At Menan. οὐδ᾽ αὐτὸς εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος, *ligneus vt deorum statua*. 3, Aduerb. quoque redditur interdum. vt σὺν νόμῳ, *legitimè* σὺν χρόνῳ *tandem*. 4, Subauditur etiam in quibusdam σύν vel ἅμα: R.372.25, 5, In compositione vt plurimum Latina præpositione con redditur: nonnnnquam tamen etiam variatur: vt συντελῶ, *consumo*, vel *ad finem perduco* 6, Cum numeralibus composita, effertur per distributiuum; vt σύνδυο *bini*, σύντρεις terni, συνεκκαίδεκα *senideni*. R.372,30.

Accusatiuum solum asciscentes præp.

Accusatiuum solum adsciscunt duæ; εἰς & ἀνά.

εἰς. Εἰς, Attice Ἐς, In, significans motum, ad aliquid. Polyb. ἀπεσώθησαν εἰς τὸ στρατόπεδον, *salui reuersi sunt in castra*.

Item

Item ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα, *hymnum in Apollinem*, id est, in laudem Apollinis. 2 In, Erga, Aduersus. R.373,7. 3, Ad. Appian. εἰς τὸν Σύλλαν ἔπεμψεν, *ad Syllam misit*. Et Marci 1, εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα, *ad hoc exiј*, id est, huius rei gratia. Sic Phocil. μὴ πρὸς φόνον ἀλλ' ἐς ἄμυναν, *non ad cædem, sed ad defensionem*: id est, non occidendi alterius causa, sed tui defendendi gratia. 4, Ad, id est Circiter R.373,17. 5, Apud, ibidem. 6, Ob. Aristot. εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται, *laudatur ob iustitiam*. 7, Pro, in facultatis signif. vt ἀδιάφθορον εἶναι εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην, *incorruptum esse pro humanarum virium modulo, quantum hominis facultati concessum est*. 8, Ponitur etiam pro ἐν, R.373.19 9, Ablatiuo etiam redditur. Eurip. εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφωνται ξίφη, *pulchritudine, seu pulchritudinis intuitu hebetati sunt gladij*. 10, Aduerbio quoque redditur: vt εἰς δέον, *opportune*: εἰς τέλος, *tandem*: Item *plane, perfecte*: εἰς κενὸν, *frustra*: quod Suetonius itidem *in vacuum*, dixit & propertius in vanum. 11, Aduerbium quoque asciscit interdum: εἰς αὔριον, *in crastinum*: εἰς ἀεὶ, *in perpetuum*: εἰσάπαξ, *semel*: εἰσαῦθις, *iterum*. 12, Cum genitiuo construitur per ellipsin accusatiui οἰκίαν: R. 373,21: vt apud Ciceronem quoque. *Ad Pollucis, Ad Opis*, s. ædem, fanum. 13, Articulum à fronte habens, subaudit, à tergo harticipium: vt τὸ εἰς ἐμέ, s. καθῆκον, *quod ad me attinet*. 14, Affinis huic est præpositio πρὸς, in multis. 14, In compositione vero exprimitur interdum præpositione plane diuersa: vt εἰσακούω, *exaudio*. At ἐστ' ἂν ᾖ, *donec fuerit*, Dionys. Hal.

Ἀνά, Per, sursum, versum, Herod. ἀνὰ ποταμὸν πλεῖν *aduerso flumine nauigare*, 2, Per quoquo versum. Plutarch. ἀνὰ τὴν πόλιν προηγοῦντο, *per vrbem præcedebant*. Epigr. l. 1, τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, *quatuor sunt certamina per Græciam seu in Græcia*, 3, In Homer. & Xen. ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere*, id est, quotidiano sermone iactare. Sic ἀνὰ μέσον, *in medio*. 4, Ablatiuo etiam exprimitur, vt ἀνὰ πᾶν ἔτος *singulis annis*: ἀνὰ κράτος, *vi*, apud Dionys. Halicarn. 5, Aduerbio quoque redditur: vt ἀνὰ χρόνον *post, progressu temporis*: ἀνὰ μέρος, *vicissim*. 6, Articulum etiam à fronte asciscit, subaudito à ter-

à tergo participio. vt τὰ ἀνὰ μέσον, s. ὄντα, *quæ sunt in medio, intermedia*. 7, Coniungitur etiam interdum cum suo casu: vt ἀναμέσος, ἀναμέσον: & elisa finali, ἀνδονάκας, *per arundines*, Homer. 8, Poetice datiuo iungitur. Homer. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *super aureo sceptro*. Hic quoque cum suo casu componitur, elisa finali: vt ἀμβωμοῖς, *super aris*, Homer. 9, Absolute quoque vsurpatur pro numerali distributiuo. Matth. 20. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt singuli denarium*. Lucæ 10, ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο, *misit eos binos*, Aristot. ἀνὰ πέντε γάρ ἔτικτε, *qui nos enim peperit*, id est singulis vicibus quinque. Et apud Diosc. ἀνὰ δραχμὰς ιβ, *singulorum* (seu *de singulis*) *drachmas* XII. 10 In compositione duabus potissimum præpositionibus exprimitur, Sub (i. Sursum) & Re: vt ἀναβλέπω *suspicio*, ἀναπέτομαι, *subuolo*: ἀναλαμβάνω *resumo*, ἀνακτῶμαι *recupero*. At ἀναίσθητος, *sensus expers*, & similia, non ad hanc præpositionem pertinent, sed ad priuatiuum ἀ, quod sequente vocali aut diphthongo hiatus vitandi gratia sibi vt plurimum adsciscit ν.

Genitiuum & accusatiuum asci sc. prœpos

Genitiuum & Accusatiuum asciscunt quatuor: διά, μετά, κατά, ὑπέρ.

διά. Διά, cum genitiuo, per Aristoph. διὰ μέσου αἰθέρος, *per medium ætherem*. Plutarch. διὰ βίου, *per totam vitam*. Sic δι' ἑαυτοῦ κτήσασθαι, *per se acquisiuisse*, id est suâ operâ. 2, Ex, in signif. materiæ. Plutarch. δι' ἀλφίτου πεποιημένος *è farina confectus*. 3, In Dionys. Hal. διὰ χειρὸς ἔχειν, *in manu habere*. Idem, δι' ὑποψίας εἶναι *in suspicione esse*. 4, Ablatiuo solo exprimitur interdum. Galen διὰ ῥοφημάτων θρέψαι, *sorbitionibus nutrire*. Isocr. διὰ μιᾶς γίνεται γνώμης, *vno fit consensu*. Sic διὰ βραχέων, *paucis*; διὰ μακροτέρων, *prolixius*. 5, Verbo etiam exprimitur: vt, δι' αἰσχύνης ἔχειν, *vereri*, & δι' αἰσχύνης εἶναι, *pudori esse*; aliáque similia apud Dionys. Hal. 6, Aduerbio etiam exprimitur: vt διὰ τάχους, & διὰ ταχέων, *celeriter*. Sic διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας σκοπεῖν, *noctu & interdiu considerare*. 7, Cum Accusatiuo significat Propter: vt διὰ τί; quam ob rem? διὰ τοῦτο, & διὰ ταῦτα, *propterea*. Item Per Arat. Phæn. διὰ νύκτα μέλαιναν, *per noctem opacam*;

cam; seu, vt Virgil. vertit, *noctis per umbram.* Demosth. διὰ θεοὺς ἐσώθην, *per deos seruatus sum*; seu *à dijs.* vt Pind. ἀλκὴ διὰ δαίμονα ἀνδ᾽ ἔφυ, *vires hominum à deo sunt.* 8, Componitur interdum cum suo casu: vt διαταχέων, *celeriter*: διατί; *cur?* διὸ & διόπερ, *quapropter*; διότι, *propterea quod.* 9, Articulum à fronte gerens, subaudit à tergo participium. vt, τὰ διὰ μέσου, s. ὄντα, *intermedia.* Item τὰ διὰ κρόκου, *è croco confecta*, apud medicos; & apud mus. ἡ διὰ πασῶν ἁρμονία, *harmonia constans ex omnibus.* 10, In compos. variè redditur, Per, Trans, Dis, Se, alijsque similibus particulis.

Μετὰ, cum genitiuo, Cum. vt, μετὰ μαινομένων μαίνεσθαι, *cum insanientibus insanire.* Sic Aristot. μετὰ λύπης ἡ μάθησις, *discere coniunctum est cum dolore ac molestia.* Dionys. Halicarn. σὺν αἰσχύνῃ τε καὶ μετὰ μεγάλης βλάβης ὑποχωρεῖν, *cum dedecore ac magno detrimento pedem referre.* 2, Interdum non exprimitur: R. 375, 12. Sic Aristot. μετὰ λόγου πάντα πράττειν, *ratione omnia facere*: vel, *cum ratione*: vt Lucr. *videant qua quidque geratur cum ratione.* 3, Cum Accusatiuo, Post. vt, προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα, *prudens post res gestas.* Sic μετ᾽ ὀλίγον, *paulo post.* 4, In, ἐν. Thucyd. ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι, *quæ in manibus haberet.* Et μεθ᾽ ἡμέραν, *interdiu*, Aristot. 5, In, Aduersus. Hesiod. μετ᾽ ἀθανάτους ἤλιτε, *in deos immortales deliquit.* 6, Datiuo etiam iungitur poetice. Theocr. id. 1, ὅτι οὐ μετὰ τῆσι χορεύεις, *quod non cum eis saltas*; vel, *inter eas*: vt Homer. μετὰ πρώτοισι, *inter primos*: μετὰ πᾶσι, *inter omnes*, sicut Hesych. quoq; exponit. 7, Articulum quoque à fronte capit, subaudito à tergo participio: vt οἱ μεθ᾽ ἡμῶν, *qui nobiscum sunt, socij nostri*: τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, *quæ post physica tractantur, suprema philosophia.* 8, Coniungitur interdum cum suo casu: vt μεθό, *postquam.* 9, In compositione significat itidem *Cum, Post, Inter*; item *Trans*, in significatione mutationis. 10, Absolute quoque ponitur pro *Post*: R. 375, 25.

Κατὰ, cum genitiuo, De: Plutarch. κατὰ τῶν πετρῶν ῥίπτειν, *de saxis deijcere.* Aristot. καθ᾽ ἧς λέγεται, *de qua dicitur.* 2, In, εἰς. R. 376, 25. At κατὰ πετρῶν σπείρειν, *in petras semen*

semen spargere : vel *supra petris* 3, Contra, Aduersus, Rom. 8. εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν: Sic apud Isocr. & alios κατὰ σοφιστῶν, in orationum inscriptionibus. 4, Per Matth. 27, κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐξορκίζω σε, exigo abs te, *vt per Deum mihi iures*. Sic Lucianus. 5, A, id est post, vt κατὰ νώτου, *à tergo*. 6, Cum Accusatiuo, Iuxta. Thuc. ὁ κατὰ τοὺς ἐκεῖ, *qui iuxta illos erat collocatus*. 7, Secundum: vt κατὰ ποταμὸν, *secundum flumen, secundo flumine*. Sic Aristot. κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν, *secundum pædagogi præscriptum viuere*. vel, *ad pedagogi præscriptum*. 8, Pro, in modi signif. vt κατ' ἀξίαν, *pro dignitate*. κατὰ δύναμιν, *pro viribus*. Theogn. τὴν δαπάνην θέσθαι κατὰ χρήματα, *sumptus facere pro opum modulo*. 9, More, Sicut. Luc. κατὰ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς, *facis hoc vatum more*. Sic in officij & decori signif. Antiphanes, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ, *plus quam homo debeat*. Herod. καλλωπιζόμενον περιεργότερον ἢ κατὰ γυναῖκα σώφρονα: sicut Salust. *saltare elegantius quam necesse est probæ*. 10. In ἐν: vt κατ' ἀγορὰν, *in foro*, κατὰ μάχην, *in prælio*. At κατ' ὄρον & κατὰ νῶτον, *à tergo*. 11. Per Theocr. βόσκονται κατ' ὄρος, *pascuntur per montes: vt* Virg. *longum per valles pascitur agmen*. Item καθ' αὑτὸ, *per se*. 12, Ablatiuo etiam solo effertur. vt in modi expressione: κατὰ κράτος ἑλεῖν. *vi capere*: κατὰ ταὐτὸ, *eodem modo*, Sic in notatione temporis: καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, *vno eodemque tempore*. κατ' ἐνιαυτὸν, & κατὰ μῆνα, i. ἕκαστον, *singulis annis, singulis mensibus*: καθ' ἡμέραν, i. ἑκάστην *quotidie*: καθ' ἡμᾶς, *nostro tempore*. Sic πλουσιώτατος τῶν κατ' αὐτὸν, *omnium suo tempore ditissimus*. Item κατὰ δεύτερον πλοῦν, *secundario loco*, per metaphoram. 13, In distributionibus aduerbio redditur: vt κατὰ πόλεις, *oppidatim*, κατὰ κώμας, *vicatim*: κατὰ φυλὰς, *tributim*: κατ' ἄνδρα, *viritim*. id est, per oppida, per vicos seu pagos. at κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος. Dionys. Halicarn. *pro suo quisque capite. Huc pertinent illa* κατὰ μέρος, *particulatim*: κατὰ πόδας, *pedatim*: κατὰ μίτον, *filatim*. 14, Omittitur quoquo haud rarò: vt Aristot. Rhet. εἰσὶ δὲ πέντε τὸν ἀριθμὸν, *sunt autem numero quinque*. Aristoph. μαίνεται καινὸν τρόπον, *insanit nouo more*. Sic in alijs multis, R. 377. 22. Expressa præpositione Aristot.

dicit

dicit De gener.anim.215,15. οὐ γίνεται κατ' οὐδένα τρόπον, *non fit vllo modo*. Dionyſ.Halicarn.184,38, γυναῖκα ἐπιφανῆ κατὰ γένος, *mulierem illuſtrem genere*: & 120,24, κατ' ὄνομα Νομᾶν, *nomine Numam*. 15, Articulum etiam à fronte recipit, ſubaudito poſt ſe participio: vt οἱ καθ' ἡμῶν, *qui contra nos ſunt*: τὰ καθ' ἡμᾶς, *quæ pro noſtra conditione ſunt*. Item τὰ καθόλου, *vniuerſalia*: τὰ κατὰ μέρος, *particularia*: τὰ καθέκαστα, *ſingularia*. Vbi etiam nota præpoſ.cum ſuo caſu nonnunquam coniungi: ſicut in illis, καθὸ, καθότι: καθὰ, καθάπερ, καθόσον: item cum aduerb. καθώς, καθάπαξ. 16, In compoſitione redditur tum ſupradictis præpoſitionibus, tum alijs: vt κατακόπτω, *concido*: & κατηγορῶ, *accuſo*, cum propriè ſonet *dico contra ſeu aduerſus*. Sæpe ſignificat *De*, id eſt, *Deorſum*, vt ἀνὰ *Surſum*.

Ὑπὲρ, cum genitiuo, *Super, Supra*. Homer. ἔστη ὑπὲρ κεφαλῆς, vt Virg. *ſupra caput inſtitit imber*. Sic R. 374, 17. 2. Super, id eſt De; ſicut idem Virg. *multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa*. Dionyſ. Halicarn. ὑπὲρ ἧς ἐν οἰκείῳ τόπῳ διαλέξομαι, *de qua ſuo loco dicam*. Sic ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ λαλεῖ καὶ μανθάνει, *de pietate & loquitor & diſcito*. 3, Supra, Præ. R.374,21. 4, Pro. Loco, Dionyſ. Halicarn. ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων στρατιωτῶν ἑτέρους καταγράφειν, *in defunctorum locum alios conſcribere milites*. 5, Pro, id eſt Pro ſalute. 2. Corinth. 5, εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε, *vnus pro omnibus mortuus eſt*. Demoſth. ὑπὲρ πόλεως πράττειν, *pro ſalute reipub. aliquid agere*. Sic in defenſionis & adiumenti ſignif. Lucæ 9, ὃς οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι, *qui non eſt contra nos, pro nobis eſt*. Et Dionyſ. Halicarn. ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι, *pro vobis facit, in rem veſtram eſt*. 6, Pro, id eſt Nomine, Gratia. Plutarch. Lyc. ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν ἐκαρτέρησεν, *latendi gratia tolerans*. Idem Fabio, παρέδωκε τὴν δύναμιν ὑπὲρ τοῦ μὴ μάχεσθαι, *tradidit copias ea conditione vt ne manus ſereret*. 7, Affertur etiam ex Demoſth. δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, *pœnas de illo ſeu ab illo ſumere*. 8, Cum Accuſatiuo, Supra Ptolem. ἡ Ῥοδόπη τὸ ὄρος, ὑπὲρ Νέσσον τὸν ποταμὸν κεῖται, *Rhodope mons, ſupra Neſum fluuium ſita eſt*. 9, Supra, id eſt Vltra, in exceſſus ſignificatione. Plut. ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς, *ſupra LX. annos natus*. Sic ὑπὲρ τὸ μέτρον, *ſupra modum*:

ὑπέρ.

modum: ὑπὲρ δύναμιν, *supra vires:* ὑπὲρ λόγον, *supra quam verbis possit exprimi:* ὑπὲρ ἄνθρωπον, *supra hominis captum, aut supra hominis vires.* 10, Cum articulo etiam construitur per ellipsin participij. Theophr. τὰ ὑπὲρ γῆς, *quæ supra terram exstant plantæ.* Sic τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς. *quæ supra nos sunt*; id est, quæ captum & vires nostras superant. 11, Coniungitur etiam cum cognatæ significationis aduerbijs: vt ὑπεράνω, *supra:* ὑπεράγαν & ὑπερλίαν, *supramodum egregie.* 2. Corinth. 11, τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, *eximitis seu præstantibus apostolis.* 12. Absolute quoque ponitur. 2. Corinth. 11, διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; ὑπὲρ ἐγώ. id est ὑπὲρ τοῦτο, *supra id, amplius quam Christi minister.* 13, In compositione aliàs significat *Pro*, alias *Supramodum:* vt ὑπερασπίζειν, *protelare*, ὑπεραττικίζειν, *in Atticismis affectandis modum excedere.*

Præpositiones tres casus asciscentes.

Tres casus, genitiuum scilicet, datiuum, & accusatiuum, asciscunt præpositiones sex; πρὸς, παρὰ, ὑπὸ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περί.

πρός. Πρὸς cum genitiuo, Ab, Dionys. Halic. πρὸς ἑνὸς ἄρχεσθαι, *ab vno regi.* Idem, πρὸς ἐκείνων λαβεῖν, *ab illis accipere.* Et Herod. πρὸς ἡμέων γίνεσθε, *à nobis state*; seu *à nostris partib. state.* 2, Ex, De. vt ἔπεσε πρὸς οὐρανοῦ, *cecidit è cælo.* Æsch. ἐλεύθερον πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς, *ex vtroque parente liberum.* Luc. πρὸς τουδὶ φράσω, *ex huius parte*; seu, *huius nomine.* Dionys. Halic. πρὸς τῆς βουλῆς ἐστι, *ex re senatus est.* At οὐ πρὸς φιλοσόφου ἐστὶ, *non est ex officio philosophi:* vt Aristoph. τοῦτο σκαιῶν θεατῶν ἐστι, καὶ οὐ πρὸς ὑμῶν, *id sinistrorum est spectatorum, non vestri officij.* 3, Coram: R. 384, 9. itidem Synes. πρὸς θεοῦ καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος, *innocens coram deo & hom.* 4, Contra. Dionys. Hal. 457, 46, πρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, *contra inimicum ferens suffragium*, vel, *ex inimici partibus.* 5, Per, Aristoph. πρὸς Διὸς φράσον, *quæso per Jouem, dic.* 6, Cum, μετά. R 384, 12. 7, Cum Datiuo. Ad, i. Prope. Ptole. Προῦσα ἡ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ ὄρει, *Prusa ad Olympum montem sita.* 8, In, ἐν, R. 384, 21. Sic Æschin. πρὸς ἑτέροις τὴν γνώμην ἔχουσι, *mentem alijs intentam habent.* 9, Ad, i. Præter, Vltra. vt, πρὸς τούτοις, *ad hæc, præterea.* 10, Apud, Cum. Plut. Themist. πρὸς ἑαυτῷ τὰ πολλὰ ἔπραττεν, *secum; apud*

se;

se; vel, *intra se*. 11, Aduersus: Soph. Aiace, πρὸς Ἀτρείδαισιν ὥχμασας χέρα; *aduersus Atridas armasti manum?* 12, Cum Accusatiuo, Ad. Aristoph. πρὸς τὸν θεὸν ἀφικόμεθα, *ad Deum accessimus*. Demosth. οὐδὲν τούτων πρὸς ἐμὲ, *horum nihil ad me*, s. attinet. Theophrast. de aristolochia, χρησίμη πρὸς πολλὰ, καὶ ἀρίστη πρὸς κεφαλὴν, *utilis ad multa, & optima ad capitis affectus*. At πρὸς ἄλλον ζῆν, *ad alius arbitrium viuere*; &, πρὸς ἕτερον ἄρχειν, *pro alterius arbitrio imperium administrare*, Aristot. 13, Ad, Apud. vt, πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις, *ad nouercæ tumulum fles*. 14. Ad, in respectu & comparatione. vt, λῆρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον, *nugæ sunt omnia, si ad aurum comparentur*; vt Terent. *ne comparandus hic quidem ad illum est*. id est, cum illo. 15, Aduersus. vt πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, *ne aduersus stimulum calces*. sic, ἄνοπλοι πρὸς ὡπλισμένους, καὶ πεζοὶ πρὸς ἱππεῖς. *inermes aduersus armatos, & equites contra pedites*. 16, Erga, Nilus, τοιοῦτος ἴσθι πρὸς τοὺς σοὺς οἰκέτας, οἷον εὔχῃ σοὶ τὸν θεὸν γενέσθαι, *talis erga famulos tuos sis, qualem tibi Deum esse optas*. 17, Cum, Dionys. Halicarn. σπονδὰς ποιεῖται πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ φιλίας, *fœdus cum eis facit*. Lysias, πρὸς τοὺς οἰκείους διαφέρειν, *cum domesticis disceptare seu litigare*. Aristoph. πρὸς μὲ παίζειν, *mecum ludere*. 18, Apud. Marci 14, ἤμην πρὸς ὑμᾶς, *eram apud vos*. Sic Chrysostomus malum spiritum διάβολον appellatum scribit, ἐπειδὴ καὶ θεὸν πρὸς ἀνθρώπους διαβάλλει, καὶ ἡμᾶς πρὸς θεὸν, καὶ πάλιν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους, *quia & Deum apud homines traducit, & nos apud Deum, & rursum nos ipsos inuicem alteros apud alteros*. 19, In, εἰς. Basil. πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιρρεῖ, *in peius ruit*. 20, Secundum. Aristot. πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται, *volant secundum ventorum flatus*. id est, in volando sequuntur venti flatum. 21, Secundum, id est Pro, Prout. Eurip. Hippol. πρὸς τὰς τύχας καὶ φρένας κεκλήμεθα, *secundum fortunam etiam animos gerimus*: id est, (vt Terent.) *vt sese dat fortuna*. Sic πρὸς τὸ ἀξίωμα, *pro dignitate*: πρὸς τὸ δοκοῦν, *prout libuerit*: & πρὸς δύναμιν, *pro viribus*. 22, Circa: R. 385. 16. 23, Propter: vt πρὸς τὰ χρέα ἀπάγεσθαι, *ob debita in neruum abduci*, apud Dionys. Halic. quinque in locis: pro διὰ χρέος, vt idem loquitur. 24, Ablatiuo etiam solo exprimitur: vt Diosc. πωλεῖται πρὸς διπλοῦν ἀργύριον, *venditur*

ſeu rependitur duplo argento. Ariſtot. τὸν βίον πρὸς κέρδη καταλλάττονται, *vitam lucro permutant:* id eſt, vitam pro lucro periculis exponunt. Sic etiam πρὸς βίαν, *vi:* πρὸς ὀργὴν, *irato animo*. 25, Aduerbio quoque exprimitur: vt πρὸς ἀνάγκην, *coacte:* πρὸς ἀχθηδόνα, *grauate:* πρὸς φιλίαν, *amice:* πρὸς ἀκρίβειαν, *exacte:* πρὸς ἀλήθειαν, *verè:* πρὸς ὑπερβολὴν, *nimis:* πρὸς ὀλίγον, *paululum.* 26, Articulum à fronte gerens, ſubaudit à tergo participium: vt οἱ πρὸς γυναικῶν, *qui ex parte uxorum nobis ſunt affines:* οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, *qui ſunt à poculis*, ſeu *ad cyathos:* vt Horat. *puer qui ad cyathum ſtatuitur:* de quo loquendi genere ſupra cap. 15, numero 3. Item τὰ πρὸς ποσὶ *quæ ante pedes ſunt:* τὸ πρὸς ὀστοῦν κρέας, *caro oſſi contigua:* τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια, *officia dijs debita.* 27, In compoſitione ſignificat Ad, Inſuper, & ſimilia.

παρά. Παρὰ, cum genitiuo, Ab. Ioann. 16, ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, *exij à patre.* Demoſth. ὑγίειαν αἰτεῖν παρὰ θεοῦ αἱ τοιαῦται, *ſanitatem à Deo petunt.* Ariſtot De cælo lib. 4, τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα, *quæ à cæteris dicta ſunt.* Affertur etiam ex Luciano παρ' ἐμοῦ ἐκτίσαι, *à me ſoluere*; ea ſignific. qua Cic. dicit, *laborat vt tibi quod debet, ab Egnatio ſoluat.* 2, Ex. Xenoph. λέγειν ταῦτα παρ' ἐμοῦ, *hæc illi ex me dicere*, id eſt meis verbis. 3, De. Iſæus, παρ' ἐμαυτοῦ ἀναλώσας, *ſumptibus de meo factis.* 4, Præ, Supra. ſic enim interpretantur iſtud Eurip. Phœniſſ. ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα, *habet Argos aliquid eminentiæ præ cæteris Græcis.* 5, Cum Datiuo, Apud. Chryſoſtom. ἔστι καὶ παρὰ μικρῷ καὶ εὐτελεῖ ἀνθρώπῳ εὑρεθῆναί τι τῶν δεόντων, ὃ παρὰ τῷ σοφῷ καὶ μεγάλῳ πολλάκις οὐχ εὕρηται, *fit vt etiam apud tenuem ac vilem hominem aliquid eorum quæ requiruntur, inueniamus, quod apud ſapientem & magnum ſæpe non inuentum eſt.* Sophocles, ἐν δείπνοις παρ' οἴνῳ, *in conuiuijs inter pocula.* Rurſum παρ' ἐμοὶ, *apud me*, id eſt, me arbitro, mea ſententia. Herodot. οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ ὄνομα τοῦτο δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. *hic me iudice dignus eſt qui nomen iſtud ferat*; ſeu, *hic mea ſententia nomine iſto merito appellatur.* 6, In, ἐν. Sic enim affertur ex Plutarchi Othone, παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, *in ciuilibus bellis mori.* 7, Cum Accuſatiuo, Ad. Plato, δεῦρο

παρ

παρ' ἡμᾶς φοίτα, *huc ad nos ventita*. 8, Ad, id est, Prope, Iuxta. Theocr. id. 9, παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν, *ad aquam fluentem sub dio cubare*: quod Tibull. dicit *ad riuos prætereuntis aquæ*. 9, Per. Aristot. παρὰ συμβεβηκὸς, & κατὰ συμβεβηκὸς, *per accidens*. Demosth. παρὰ πάντα τὸν χρόνον, *per omne id tempus*. 10, Inter, Iu. R. 383, 2. Sic Dionys. Hal. παρὰ τοὺς κινδύνους, *inter pericula*, seu *in periculis*: & ἡ παρὰ τὰ δεινὰ ἀτολμία, *audientia in periculis*. 11, Ad, Præ, in comparationibus. R. 383, 15. Sic Dionys. Hal. 132, 3, ἵνα διάδηλος ᾖ παρὰ τοὺς ἄλλους, *vt præ ceteris insignis esset*. 12, Præter, Vltra, Supra: R. 383, 13. 13, Præter, Contra: ibid. 8. Sic Dionys. Hal. παρὰ τὴν ὑπόληψιν, *præter opinionem*: παρὰ πάντα τὰ δίκαια, *contra omnia iura*. Idem Dionys. Hal. παρὰ τόπον dicit *Præter locum*, id est *Loco non suo*, *Alieno Loco*. 14, Pro, Prout: R. 383, 20. 15, Propter, Ob: ibidem 22. Sic Dionys. Hal. παρ' οὐδὲν ἕτερον, *nullam aliam ob causam*: & παρ' οὐδὲν ἁμάρτημα ἴδιον, *ob nullum suum delictum*. At cum dicitur, παρὰ τὸ εὖ ζῆν κλέος, reddere potes & *Ob honeste actam vitam*, & *Ex honeste acta vita*. 16, Ablatiuo etiam nudo effertur: vt Dionys. Hal. ὅτι παρὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ὁ χάραξ ἐλήφθη, *sua virtute captum esse vallum*. Sic παρὰ μῆνα τρίτον, *tertio quoque mense*: παρ' ἑκάστην ἡμέραν, *singulis diebus*. at πληγὴν παρὰ πληγὴν Aristoph. *alternis verberibus*. 17, Aduerbio etiam redditur. vt Dionys. Halic. παρὰ πολὺ προτερεῖν, *longe antecellere*: παρὰ πολὺ κρατεῖν, *longe superare*. Sic reddi interdum potest aduerbijs *Vt*, *Quàm*. Dionys. Halicarnass. παρ' ὁντινα οὖν ἄλλον ἐπιτήδειος, *idoneus vt quiuis alius*. Hebræ. 11, de Abele, πλείονα θυσίαν παρὰ Κάϊν προσενήνοχε, *maius sacrificium quam Cain*. sed possis etiam reddere, *si ad Caini sacrificium comparetur*. Sic Theophrastus, ἄλλος παρὰ τούτους, *alius atque hi*, seu *alius ab his*. 18, Aduerbium etiam cognatæ significationis asciscit. Dionys. Halicarn 451, 30, παρὰ μικρὸν ἐλθόντες δεινὰ παθεῖν, *parum abfuit quin atr. pat. iniuriam*. 19, Articulum à fronte capit subaudito à tergo participio: Ram. 382, 20. Sic Isocrates αἱ παρ' ἐκείνων δεήσεις, *illorum preces*. & Xenoph. ἡ παρὰ τούτων εὔνοια, *horum beneuolentia*. Item τὰ παρὰ νόμους, *quæ sunt*

ſunt præter leges: quæ & compoſite παράνομα dicuntur. 20, Coniungitur etiam interdum cum ſuo caſu: vt παρὸ, pro παρ' ὅ, *quapropter*. ſic τὸ παράπαν, *omnino*, item cum aduerb. & præpoſ. πάρεξ & παρεκτὸς, *præter*, *extra*. 21, In compoſitione quoque mire variat. non enim tantum acceſſum ſignificat, ſed etiam exceſſum & tranſgreſſionem: interdum præteritionem: & in hac ipſa ſignif. ſpecialiter interdum valet *Tranſuerſim*, *Obiter*, *Perperam*, & ſimilia. 22, Apud poetas metri cauſa interdum ad finale α aſſumit ι: vt παραὶ ποσὶ κάππεσον *decidit ad pedes*; & in compoſitione παραιβασίη, *tranſgreſſio*: interdum hoc ipſum α finale plane amittit; πὰρ Διὸς, *à Ioue*; & in compoſ. ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας, *ius alio detorqueat*. 23, Ab iiſdem etiam poſtponitur interdum ſuo caſui: vt σέθεν πάρα, *abs te*.

ὑπό. Ὑπὸ cum genitiuo, Sub: ὑπὸ τοῦ χιτῶνος ἔχειν, *ſub tunica habere*: vt Virg. *ſub veſte latebat*. Item ὑπὸ βασιλέως ἐγένετο, *ſub rege fuit*, id eſt, ſub regis imperio. 2, Ab. Plutarch. ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, *ab igne conſumitur*. Plato. μήπως ὑπὸ Μελίτου τοσαύτας δίκας φεύγοιμι, *ne à Melito tot criminum reus agar*. 3, Ex, in ſignific. cauſæ & modi. R. 382, 1. Sic ὑπὸ συνθήματος, *ex compoſito*; ſeu *de compoſito*. 4, Per. Dionyſ. Halicarn, ὑπὸ σκότους, *per tenebras*. Idem προσφωνεῖν ὑφ' ἑνὸς, *compellare per vnum*. Plato epiſt. 7, ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων, *per decreta diſtribuens*, id eſt, factis eam in rem decretis. Idem, ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχολίας οὐδὲν τὴν οἰκείαν πρᾶξαι σχολή μοι γέγονε, *per hanc occupationem*, vel, *propter hanc occupationem*. 5, Præ: ὑπὸ σπουδῆς, *præ feſtinatione*, Dionyſ. Halicarn. 32, 19. Sic ὑπὸ χαρᾶς, *præ gaudio*: ὑφ' ἡδονῆς, *præ voluptate*. 6, Pro μετὰ, Cum, citatur ex poetis. 7, Cum Datiuo, Sub. R. 382, 5. Sic Iliad. δ. ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι ναιετάουσι, *ſub ſole & cælo ſtellato habitant*. Dionyſ. Halicarnaſſ. ὑπὸ τῷ οἰκείῳ ἡγεμόνι ἐκστρατεῦσαι ἑκάστους, *ſub ſuo quemque duce*. Sic item Herod. ὑπὸ Πέρσῃσί ἐστι, *ſub Perſis eſt*: & Xenoph. ὑπὸ δεσπότῃ μένειν, *ſub domino manere*: id eſt, ſub imperio. Sic etiam ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι, *ſub imperium ſuum redigere*, *ſibi ſubiicere*: & ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γίνεσθαι, *in hoſtium poteſtatem venire*. 8, Sub, id eſt Cum. Plut. Poplic. ὑπὸ

ῥάβδοις

βαίνοντες ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι κατιὼν ἐξ οἰκίας, *cum vniuersis fascibus ac securibus descendens*. 9, Ex, Præ. Dionys. Halicarn. ἐταλαιπώρει ὑπὸ τραύματι ἐξαισίῳ, *languebat ex vulnere immani*. 10, Cum Accusatiuo, Sub. Plutarch. ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν, *super terra & sub terra*. Aristot. Hist. anim. ὑφ' ἡγεμόνα εἰσὶ, *sub duce sunt, duci sunt subiecta*. Xenoph. ὑφ' ἑαυτοὺς ποιοῦνται, *sibi subijciunt*. Item in signif. temp. ὑπὸ τὴν ἕω, *sub auroram*: ὑπὸ νύκτα, *sub noctem*: ὑπὸ κύνα, *sub caniculam, sub ortum caniculæ*. & Thuc. ὑπὸ τὸν σεισμὸν, *tempore terræmotus*. 11, Ad, ἐπί. Hom. Il. β, ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, *ad Ilium venit*. 12, Aduerbio etiam exprimitur: vt ἐχώρουν ὑπὸ πόδα, *retrocedebant*, seu *pedem referebant*, apud Dionys. Halic. 13, Articulum à fronte gerens, subaudit à tergo participium. Theophr. τὰ ὑπὸ γῆς, *quæ sub terra sunt*. Isocr. τοὺς ὑπ' αὐτοῖς, *subditos ipsorum*. Herodian. οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν, *qui sub orientali cæli plaga sunt, orientales populi* Dion. Hal. τοὺς ὑπὸ χεῖρα, *subditos atque obnoxios*. 14, In compositione significat *Subter, Latenter, Paululum, Retro, Rursum*, & similia. 15, Reperitur nonnumquam pro ἀπὸ & ἐπί: sed sæpe magis librariorum errore, quam auctorum voluntate.

Ἐπὶ cum genitiuo, Super, In. R. 380, 27. Sic in prouerb. θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, *Deo volente nauiges etiam super vimine*. Item ἐπ' ἄκρων βαδίζειν, *super summis pedum vestigijs incedere*; seu, *suspenso pedum gressu, ita vt vix terram contingant*. 2, Pro In (hoc est ἐν) ponitur etiam in his; ἐπὶ ξένης εἶναι, *in peregrino solo esse*: ἐπὶ τῆς αὐτῆς γενέσθαι γνώμης, *in eadem esse sententia*: ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ γραμμῆς, *eadem ratio est etiam in linea*. 3, Super, in præfecturæ significatione. Act. apost. ἐπὶ πάσης ἦν τῆς πόλεως, *toti vrbi præerat*. 4, Supra, Rom. 9. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς, *qui supra omnia Deus est benedictus*. 5, Per. Dionys. Halic. 637, 28, ζητεῖσθαι ἐφ' ἑαυτῶν ποιεῖσθαι, *per se inquirere*. (vt idem in Rhet. op 15, 1, ἐπὶ σεαυτοῦ, *per te ipsum, tuopte marte*) Sic accipi apud eundē potest ἐπὶ θεῶν πίστεις δοῦναι, *per deos fidem dare*. 6, Potest tamen vtroq; in loco accipi etiam pro *Coram*: vt ἐπ' ἐξουσίας, *corā magistratu*, apud eundem 717, 41 & Ram. 380, 30. 7, Apud Dionys. Hal. 711, 17, ἐπὶ σοῦ, *apud te*, magistr. scilic. & 102, 1.

ἐπὶ σφῶν, *apud se.* 8, Penes. Dionyſ. Halic. ἐπὶ τῶ δήμω ἔστω ἡ κρίσις, *penes populum eſto iudicium.* 9, Verſus, In, Ad. vt ἐπ' οἴκου, *domum verſus*: & ἐπ' οἴκων, *domum quique ſuam*, apud Dionyſ. Hal. Sic idem, ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου καταβάντι, *in caſtra deſcendenti.* quomodo in Rhet. op. 67, 8, 14, apud eundem eadem ſignific. legitur ἀπαλλάττεσθαι ἐπὶ τῶν πατρίδων, & εἰς τὰς πατρίδας. Sic etiam ex Herod. affertur ἐπὶ Αἰγύπτου ῥέειν, *Aegyptum verſus fluere*: & ex Ariſtoph. ἐπ' ἐκεῖνον ἐλθεῖν, *ad illum ire.* Pro εἰς accipitur etiam in iſto, ἐπὶ κόῤῥης παίειν, *in malam cedere.* 10, Erga. Chryſoſt. ἐπὶ τῶν δεομένων χρηστὸς καὶ πρᾷος, *benignus & mitis erga petentes.* Sic idem alibi. 11, Ad, Prope. Sic enim affertur ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, *prope viam.* 12, Cum, μετά. Dionyſ. Halic. ἐλεύθερον ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας τὰ δόξαντα, *magna cum libertate.* 13, Poſt. Arrian. τοὺς ὑπασπιστὰς διαβαίνειν τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τούτων τὰς τάξεις τῶν Μακεδόνων, *clypeatos tranſire fluuium, & poſt hos ſequi ordines Macedonum.* 14, Sub; in imperij & temporis ſignificatione: vt ἐπὶ Κρόνου, *ſub Saturno*: ἐπὶ Κύρου, *ſub Cyro.* & Demoſth. ἐπ' ἐμοῦ, *meo tempore, mea ætate.* 15, De: vt ἐπὶ τῶν ἀλαζόνων λέγεται, *de iactatoribus dicitur*; vel *in iactatores.* 16, Ab, De. Herodot. ἐπὶ τοῦδε ἐπωνυμίην ἔθηκε, *à ſue nomen impoſuit.* cuius generis multa exempla notata apud Dionyſ. Halic. 17, Interdum non exprimitur. Dionyſ. Halic. ἐπὶ προαιρέσεως γένηται τῆς αὐτῆς, *eiuſdem ſit propoſiti*: vel, *idem ſibi proponat inſtitutum.* Sic ἐπ' ἐμαυτοῦ, *mea ſponte*, apud eundem. 18, Aduerbio etiam redditur: vt ἐφ' ἑνὸς ἄγειν, *ſingulatim ducere*, Xenoph. Sic ἐπὶ μέρους, *particulatim*: ἐπ' εὐθείας, *directe.* itidemque ἐπὶ κεφαλαίων, pro κεφαλαιωδῶς, Dionyſ. Halic. 19, Cum Datiuo Super, In: R. 381, 8. ſic Dionyſ. Halic. 612, 7, ἐπὶ τοῖς τείχεσι, *ſuper muris.* Idem ἐπὶ τοῖς ὤμοις κομίζεται, *ſuper humeris baiulatur.* 20, Super, in præfecturæ ſignificatione. Homer. Odyſſ. οὖρον ἰὼν κατέλειπον ἐπὶ κτεάτεσσιν ἐμοῖσι, *abiens inſpectatorem præfeci rebus meis.* 21, In, ἐν. Dionyſ. Hal. 599, 46, κινήσεις ἐγένοντο ἐπὶ τῇ πόλει, *motus in vrbe excitati fuerant.* Ariſtoph. Pluto, τῶν ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι καθημένων, *eorum qui in tonſtrinis deſident.* Demoſth. ἐπὶ τούτοις μένειν, *in his acquieſcere.*

eſcere. Sic Dionyſ. Halicarn. ἐπ' ἀρχῇ, *in principio*: ἐπὶ τέλει, *in fine*: quod idem cum genitiuo dicit ἐπὶ τελευτῆς. 22, In, id eſt In poteſtate, Penes. Dionyſ. Halicarn. ἐφ' ἡμῖν γενόμενον, *cum in nobis poſitum eſſet*. Idem, ἐπὶ τοῖς δημόταις ἦν, *penes plebem erat*. 23. Sub, in poteſtatis & imperij ſignific. Iſocrates, τοὺς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τοὺς ἐπ' αὐταῖς ὄντας, *eos qui principatus habent, & eos qui ſub ipſorum ſunt imperio*. Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐφ' ὑμῖν γενέσθαι δικαστῇς, *veſtrum ſubire iudicium*. Idem, ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιεῖν, *plebis poteſtati permittere*. Item Sub, in temp. ſignific. Ariſtotel. ἂν χειμὼν γένηται ἐπὶ κυνί, *ſi ſub canicula oborta fuerit tempeſtas hiemalis*. 24. Ad, Prope. R. 381,11. Sic Thucyd. ἦν ἐπὶ ποταμῷ, *ad fluuium ſitus erat*. Plutarch. Romulo, ἐπὶ τούτῳ φερόμενος, *huc delatus*. & Xenoph. οὐκ ἔστι καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, *non eſt pulchrior via ad gloriam*. 25, Aduerſus, Contra. Dionyſ. Halicarnaſſ. 583,7, ὡς ἀεί τι κακὸν ἐπὶ τοῖς πένησι μηχανωμένων, *quaſi ſemper aliquid mali aduerſus pauperes machinarentur*. 26, Præter, Vltra, Supra. Xenoph. ἐπὶ τῷ σίτῳ οὐδὲν ἄλλο ἔχειν, *præter victum nihil habere aliud*. Plutarch. τριακόσιοι ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις, *trecenti ſupra X I milia*. Huc pertinent iſta, μάχαι ἐπὶ μάχαις, *prælia ſuper prælijs*: & πῆμα ἐπὶ πήματι, *malum ſuper malo*, apud Dionyſ. Halicarnaſſ. & Phocyl. vt Liuius *vulnus ſuper vulnus*. 27, Poſt. Euripid. τίς πρῶτος, τίς δ' ἐπὶ πρώτῳ; *quis primus, & quis poſt primum?* Sic Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐπὶ τούτοις, *poſt ea*: ἐπὶ πᾶσαις, *poſt omnes*. 28, Ob, Propter. Xenoph. ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει, *hæc lucri cauſa facere*. Cicero in hac ſignificatione vertit non modo Propter: ſed etiam Ex: vt in Stoicis definitionibus: λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, *ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas*: & λύπη ἐπ' ἀναξίως κακοπαθοῦντι, *ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis*. 29, Solo etiam ablatiuo exprimitur. Dionyſ. Halicarnaſſ. ἐφ' οἷς δικαίοις, *quibus conditionibus* ἐπὶ ῥητοῖς τισι καὶ διωρισμένοις, *certis conditionibus*: Sic ἐπὶ τούτῳ ἐφ' ᾧτε, *ea conditione vt*; apud Herodotum ſequente indicatiuo, apud Platonem & alios ſequente infinitiuo: quod Dionyſ. Hal. 742, 25, dicit ἐπὶ τούτῳ -- ἐπὶ τῷ --

Apud

Apud eundem D. ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ γενόμενον, *nullo bono consilio factum:* ἐπὶ τῷ πάντων ἀγαθῷ, *bono publico:* ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως, *detrimento ciuitatis*. Sic ἐπὶ μεγάλοις τόκοις δανείζεσθαι, *grandi fœnore pecunias accipere*, *apud* Demosth. Item in temporis notatione apud eundem D. ἐπὶ τοῖς παρεληλυθόσι μεμαρτύρηκε, *præteritis temporibus q. f.* Aduerbio etiam redditur: vt ἐπὶ τέλει, *nouissime*, pro *ad extremum*. 30. Cum Accusatiuo, Super, In, Thuc. καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν, *considere super focum*. Aristot. Polit, ἐπὶ βουλευτὰς καθεστῶσι, *præfecti sunt consiliarijs* 31. Ad. Plato: ἔπεμψεν ἐπ' ἐμὲ τριήρη, *misit* ad *me triremem*. Pausan. ἐπὶ μέγιστον δόξης ἐλθών, *ad summum gloriæ fastigium euectus*. *Sic* ἐπὶ χρόνον, *ad tempus*. Item Ad, Versus: ἐπὶ δεξιάν, *ad dexteram:* ἐπ' ἀριστεράν, *ad sinistram*: quorum illud in re militari dicitur, ἐπὶ δόρυ: hoc, ἐπ' ἀσπίδα, & ἐφ' ἡνίαν: dextra enim tenetur hasta, sinistra clypeus, & ab equite habena. *Sic* ἐπ' οἶκον, *domum versus*, quod etiam ἐπ' οἴκου: vtrumque apud Dionys. Halicarn. 32, Vsque ad Tenus Aratus, ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν, *à manu vsque ad clunes:* vel, vt Cic. vertit, *lumborum tenus à dextra*. Item Dio. νοσήσαντα ἐπὶ θάνατον, *ægrotum vsque ad mortem*. 33, Ad, propter. Aristoph. ἐπὶ τί ad quid, quam ob rem? Herod. ἐπὶ τὴν θυγατέρα παρὰ Ἄμασιν πέμψας, *missis ad Amasim super filia legatis* id est, *ad petendam ab eo filiam*. 34, Aduersus Isocr. ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, *aduersus æmulos exercere*. Sic Demosth. ἐπὶ βασιλέα. 35. In sic, Dionys. Halicarn. ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν, *in buccam venire*: & ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν, *in deteriorem partem accepere*. Herodian lib. 1. ποιησάμενος αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν. *eo in potestatem suam redacto*. 36, Sub, In potestatem. Arist. Oecon. ἐφ' αὑτὸν ποιούμενος, *suæ potestatem vindicans*. 37. Ablatiuo etiam redditur: Thuc. ἐπὶ ὀκτὼ τεταγμένον στράτευμα, *octonis ordinib. instructus exercitus*: id est, cuius ordines octonis constarent militibus. 38, Aduerbio quoque redditur ἐπί τινα χρόνον, *aliquandiu*, ἐφ' ὅσον, *quoad, quandiu*. Item ἐπὶ τοσοῦτον. *tantum*: ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *maxima ex parte*. ἐπὶ πόδα, *cessim*, ἐπὶ τὰ λαιά, *læuorsum*, ἐπὶ τάδε, *cis*, ἐπ' ἐκεῖνα, & ἐπὶ θάτερα, *trans*: quæ coniuncte quoque reperiuntur scripta, ἐπιτάδε & ἐπέκεινα 39, Articulum à fronte

gerens,

gerens, ſubaudit à tergo participium. vt *οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, qui ſunt in dignitate;* οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, *qui reb. præſunt:* οἱ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, *qui ſunt à ſecretis, ſecretarij:* οἱ ἐπὶ τοῖς παισὶ, *qui præſunt pueris, puerorum magiſtri.* Item triplici caſu, eadem ſignificatione: ἀπάγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτου, τὴν ἐπὶ θανάτῳ, & τὴν ἐπὶ θάνατον, ſ. φέρουσαν ὁδὸν, *abduci eam viam quæ ad mortem fert,* id eſt, breuius, abduci ad mortem. Præterea τὸ ἐπ' ἐμοὶ, *quantum in me eſt.* Et apud Dionyſ. Hal. τὸ γοῦν ἐφ' ὑμῖν, & τὸ ἐφ' ὑμῖν εἶναι μέρος *quantum in vobis eſt.* 40, In compoſit. quoque varie redditur, *Super, In, Inſuper, Ad, Ob, Poſt.* Componitur autem non modo cum nominibus & verbis, ſed etiam cum aduerbijs: vt ἐπάνω, *ſuper, ſupra.* In hac quoque præpoſitione ſæpe ſuſpecta eſt exemplarium fides, cum ſcilicet pro ἀπὸ & ὑπὸ reperitur.

Περὶ cum genitiuo, Circum. Homer. Odyſſ. περὶ σπείους, *circum ſpeluncam.* 2, De: R. 379, 16, Sic Dionyſ, Hal, περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων, *de quibus dicere aggrediar.* Sic etiam in librorum inſcriptionibus, περὶ ψυχῆς, *De anima:* περὶ καλοῦ, *De honeſto.* 3, Pro Plato, περὶ ψυχῆς μάχεσθαι, *pro anima & vita pugnare.* 4, Pro, i, Propter, Ob. Ioann. 10, περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομένους, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, *non ob bonum opus, ſed ob blaſphemiam.* ſic enim præcedenti verſu eſt, διὰ ποῖον ἔργον λιθάζετέ με; *ob quale opus l. me?* 5, Pro, i Loco, ἀντὶ Dionyſ. H. 651, 47, περὶ ὧν διήλλαξαν τοὺς Τυσκλάνων αἰχμαλώτους, *pro quib. Tuſculanorum captiuos ex permutatione dimiſerunt.* Sic περὶ οὐδένος ἡγεῖσθαι, *pro nihilo ducere.* 6, Præ, Supra. Dionyſ. H. 375, 36, περὶ ἁπάντων, *præ omnibus:* & 384, 35, περὶ παντὸς θέλειν, *præ omnibus cupere.* 7, Solo etiam genitiuo aut ablatiuo redditur: vt in verbis pretij, Dionyſ, H. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, *magni facere:* περὶ παντὸς ποιεῖσθαι, *quantiuis æſtimare, omnium maximi facere:* περὶ πολλοῦ ἐστὶ, *magni fit, magnopere expetitur.* 8, Cum Datiuo, Circum, Dionyſ. Hal: περὶ τοῖς βραχίοσιν ἐφόρουν, *Circum brachia geſtabant:* περὶ τοῖς σώμασιν ἔχετε, *circum corpora habetis,* induti ſcilicet. At περὶ τοῖς σκόλοψι, περὶ ταῖς θύραις, περὶ ὕδασι, apud eundem reddi poteſt non tantum Circum, ſed etiam *Ad,* id eſt Prope. 9, Apud, παρὰ. Dionyſ.

nys.H.τὸ νικᾷν ἀεὶ περὶ τοῖς αὐτοῖς ἔμενε, *apud eosdem semper manebat victoria.* 10,In εἰς. Dionys H. περὶ αὐτῷ σφάλλεσθαι, *in seipsum corruere:* vel, *sua ipsius mole collabefactari.* Item pro ἐν, vel etiam ἐξ: Odiss. ο, ὃν περὶ κῆρι φίλει, *quem ex animo amabat.* 11.Cum verbis metus non exprimitur Latine: Thuc. περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ἐφοβούμην, *meo ipsius corpori metuo.* Sic apud eundem, περὶ δοράτιοις διεφθείροντο, *telis perimebantur.* 12,Cum Accusatiuo,circum, circa. R. 379, 38. Sic Demosth. περὶ αὐτὸν ἔχει μίμους γελοίων, *circum se habet ridiculorum imitatores mimos,* Plato Timeo, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς, *ignis qui est ob os offusus,* vt Cic. vertit. Item in tempor. signif. Dionis. H. περὶ τὸν ὄρθρον ἦν, & περὶ δυσὶν ἡλίου ἦν: item περὶ λύχνων ἁφάς: περὶ μέσας νύκτας. *circa diluculum, occasum solis, lucernarum accensionem, mediam noctem.* 13, Circa, In: R. 379.32.*Sic* Arist. περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία, *circa formidolosa versatur fortitudo*: seu *in formidolosis, in periculis. Et* Plato, ὄργανα ὅσα περὶ γεωργίαν, *instrumenta quorum in agricultura vsus est.* Sic ὀψοποιεῖν εὐφυῶς περὶ Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, *opsonia scite apparare in Sicilia ipse didici:* vel, *in Siciliæ peragratione.* 14, Circum, id est, Apud. Eupolis, κατίδω τιν' ἄνδρα ἠλίθιον, εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί, *si quem conspexero hominem stolidum, statim circa eum sum, statim eum assector.* Xen. περὶ τὰ ἀρχεῖα οἱ ἔφηβοι κοιμῶνται, *circum prætoria (seu ad prætoria) adolescentes cubant.* 15,Erga R. 380, 2. Sic Dionys. Hal. χρηστὸς περὶ ἡμᾶς ἀνὴρ, *benignus erga nos vir,* & κακοὶ περὶ ἡμᾶς γινόμενοι, *cum vos malos erga nōs prebueritis.* 16, Supra: retracto accentu: vt, ὃς πέρι μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, *qui mentes hominum superat.*

17, Circiter Thucyd. ἐλέγοντο περὶ τριακοσίους, *dicebantur occubuisse circiter trecenti.* Dioscor. περὶ δάκτυλον τὸ πάχος ἔχει, *crassitudo habet circiter digitum:* seu, *crassitudo est circiter digitum.* 18, Articulum a fronte gerens, desiderat à tergo participium. R. 380, 5. Sic Gregor. τὰ περὶ τὴν κτίσιν, *quæ creaturam circumstant,* seu, *quæ in creaturam cadunt.* Item τὰ περὶ τὰς ναῦς, *res nauales:* τὰ περὶ ἐμέ, *res mea:* at τὰ περὶ τὰς μοίρας, apud Platonem, *fabula de Parcis,* & mascul. gen. οἱ περὶ τὴν θάλασσαν, *qui occupantur in mari, qui mare tractant.* Comites quoque

ac

ac sectatores frequentissime hoc loquendi genere significantur. Xen. σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, *cum suis*. Sic οἱ περὶ Πλάτωνα, *Platonis sectatores*. Sed interdum hac periphrasi designatur cum sectatoribus ipsa etiā princeps persona: vt apud Plutarch. τοὺς περὶ Ἀρκεσίλαον Ἀκαδημαϊκούς, *Arcesilaum Academicum cum suis asseclis*. Interdum sola persona princeps: vt Dionys. Hal. 317, 33, τοῖς περὶ Οὐαλέριον πρέσβεσι, pro Οὐαλερίῳ τῷ πρεσβευτῇ. *Valerio legato*. Ad hoc loquendi genus respexisse videtur. Quintilianus lib. 2. *doctores artis sero iam & circa Tisiam & Coraca repertos*. nam & idem lib. 3. ait, *artium scriptores antiquissimi Corax & Tisias seculi*. In compositione significat Circum, Ob, Per: nec tantum excellentiam & superantiam, sed etiam neglectum: vt περιφρονῶ & περιορῶ, *negligo tum mente & cogitatione, tum oculis*, id est, *despicio, contemno*. Hæc quoque præpositio multis in locis pro παρὰ per errorem à librarijs videtur esse supposita: vt apud Dionys. Hal. 606, 17, περὶ τὰ ὅπλα στῆναι: at 643, 3 *& alibi*, παρὰ τὰ ὅπλα.

Ἀμφὶ, à præcedente περὶ nihil nec structura differt, nec, significatione: nisi quod magis est Ionica, præsertim cum genitiuo & datiuo. Itaque cum genitiuo significat. 1 Circum Herod. τοῖς ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος, *ijs qui circum hanc vrbem habitant*. 2, De: R. 378, 14. sic Pind. ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά, *conuenit homini de dijs honeste loqui*. 3, Per, Propter: Apoll. Arg. 2, Φοίβου τ' ἀμφὶ, καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης λίσσομαι, *per Apollinem & ipsius Iunonis gratia precor*. Sic R. 378, 16. 4, Cum Datiuo, Circum: 378, 22. sic Homer. ἀμφὶ πόδεσσιν ἀείρεσκε πέδιλα, *pedibus circumaptabat*. 5, Apud Cum. Sophocl φύλακα Τεῦκρον ἀμφὶ σοὶ λείψω *Teucrum apud te relinquam custodem*. 6. De: R. 378, 20. sic Herod ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ἔχει ὧδε, *detinere sic res habet*. Sophocl. ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει, *de his recte habebit*. 7, De, Ob, Propter. Luc. ὡς τε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, *ita vt etiam bellum ob eam exortum fuerit*. vbi respexit ad Homer, istud, ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι. Cum Accusatiuo, Circum. Circa: R. 378. 25. Sic Luc. ἀμφὶ τὰς συνθήκας καλινδούμενον: vt Quintil, quoque, *versatur circa res omnes Rhetori-* ἀμφὶ.

torica. at ἀμφὶ πλοῦν εἰχόμην τὸ λοιπὸν, *in nauigatione occupabar:* ſeu *nauigatione eram intentus:* vt & Dionyſ. H. ἀμφὶ ταῦτα ἦσαν, *in his occupati erant*. 9. De Dionyſ. H. νόμους τοὺς ἀμφὶ θυσίαι καταςαθέντας, *leges de ſacrificijs latas*. 10, Circiter Dionyſ. H. ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις διεφθάρησαν, *dimidia circiter ex parte interierunt*. 11, Coniungitur etiam a poetis cum ſynonyma περί. Il. β, ἀμφὶ περὶ κρήνην. Apollon. Arg. 2. ὄφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυται. Plautus quoque, *ſcalpturirire vngulis circum circa*. ſic in compoſ. ἀμφιπεριτρύζειν, & ſimilia. 12, Articulum à fronte gerens, deſiderat à tergo participium, vt τὰ ἀμφὶ τοὺς ἀγροὺς, *quæ ad agrorum culturam pertinent*, ſeu. *res ruſticæ*. Item maſcul. gen. Dion. H. Νεοπτόλεμος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, *Neoptolemus cum ſocijs*. Hoc quoque loquendi genere ſignificatur interdum perſona princeps cum ſua aſſeclis: vt οἱ ἀμφὶ Κῦρον, *Cyrus cum ſuis:* interdum ipſe duntaxat perſona princeps: vt οἱ περὶ Κορινθίου, *Corinthij*, apud Herod. 13. In compoſ. redditur non tantum Circum, ſed etiam Am: vt ἀμφιδοξεῖν, *ambigere, dubitare*.

Generales de Præpoſitionibus regulæ.

Præpoſitiones interdum à caſib. interiecta vna vel altera dictione dirimuntur: vt, ἐν μὲν γὰρ ταῖς εὐτυχίαις πολλοὺς, ἐν δὲ ταῖς δυσπραγίαις μόλις ἂν ἕνα φίλον εὕροις. Sic R. 322, 1. 2, Sed ſunt hic quædam poetis duntaxat vſitatæ tmeſes: vt apud Apollon. Argon. 4. ἐν δὲ θρόος ἔσκεν ἀγυιαῖς, pro ἦν δὲ θροῦς ἐν ταῖς ἀγ. *eratque murmur in vicis ſeu plateis*, *Sic* Pind. Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμβανε, *Doriam citheram à paxillo ſume*. 3, Eleganter etiam ordine mutato inter adiectiuum & ſubſtantiuum præpoſitio interijcitur: vt, πολλέων ἐκ πολίων: μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ: χερσὶν ὑπὸ σφετέρῃσι: ἐμὰ πρὸς δώματα, & ſimilia quomodo apud Latinos etiam in proſa paſſim vſurpantur *quam ob rem*, *qua de cauſſa*, apud Virg. autem magis poetice, *inijciunt ipſis ex vincula ſertis:* pro, ipſis ex ſertis inijciunt ei vincula. Item inter duo ſubſtantiua, quorum alterum regitur, alterum regit: vt πηγῆς ἔπι Κυφισσοῖο. Ac rurſum inter duo commata copulatiua: vt νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων. 4, Interdum caſui ſuo poſtponitur præpoſitio: vt Ἀρτέμιδι ξυνὸν κακῶν ἐξ: Διὸς δ' ἐκ πάντα

τέτυ-

φέρεται. 5,In hac postpositione disyllabæ pleræque accentum ex vltima in penultimam retrahunt: R. 322, 6, nominatim autem περί, etiam in prosa: vt τούτων δὲ πέρι ἐν ἑτέροις λεχθήσεται, ἀμφὶ tamen & διὰ retinent accentum: forsan ad differentiam vocat. ἄμφι, & accusat, δία, à nom. Ἄμφις & Δίς, 196.11. 6,Alias accentus retrahitur etiam in mutatione significationis: vt ἄπο. barytonos scribitur cum significat *Procul, Absque*: R. 322. 16, cuius significationis supra quoque suo loco tacta est mentio. Sic πέρι, cùm significat excellentiam seu exsuperantiã. Homer. τετιμῆσθαι πέρι πάντων, *honore supra omnes euectum esse*. Hesiod. πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, *consilijs pollens supra omnes*. Item absolute sine casu τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσι *Tydide in bello quidem eximie viribus polles*. 7, Ad hæc accentus retrahitur cum præpositio nuda ponitur pro verbo cum præpositione composito: vt ἔπι, ἔνι πάρα, μέτα, pro ἔπεσι, πάρεστι, μέτεστι. R. 322, 20. Sic Sophocl. ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, pro ἀνάστα, *sed exsurge è sede*, quomodo vsurpatum est istud Virgilij: *nec fuga iam super vlla pericli*: & hoc Silij, *Saucius haud illi comitum super vnus*: pro, *superest*. 8, Cum alieno casu ponuntur in ellipsi casus regentis: vt ἐν ᾅδου, & εἰς ᾅδου: de quibus supra. Sic apud Latinos Terentius ait. *vbi ad Dianæ veneris*: & Vlpianus iurecons. *superficiem ex vicini in suum deriuare*: pro, ad Dianæ fanum ex vicini fundo. 9, Pleonasmus quidam est cum præpositio & nomini simul præponitur & verbo: vt 1 Thes. 5, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε, *ab omni genere mali abstinete* Aristoph. Conc. οὐ γὰρ ἐν νέοις τὸ σοφὸν ἔνεστι, *non enim in iunioribus inest sapientia* Dionys. Hal. ἐπ' αὐτοῖς ἐπίκειται, *eis incumbit*. Idem pleonasmus fit in cognatarum præpositionum geminatione. Eurip. εἰς ὄμματ' εὐνῆς φωτὸς ἐμβλέψαι, γλυκύ Isocrat. ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, *è concione abire*. Rursum Matth. 21, εἰσῆλθον εἰς τὸ ἱερὸν: at Marci 15, εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον. Sic etiam Cicero, *cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset*: & Næuius apud Prisc *tibi serui multi apud mensam adstant*. 10, Pleonasmus etiam esse præpositionis videtur quum aduerbio præponitur: vt εἰς ἅπαξ, siue εἰσάπαξ, *semel*, itidemque

demque εἰσαῦθις & ἐξαῦθις *iterum*: παραχυτίκα (& apud Theocr καταυτίκα) *statim*: item ἐπάνω, ὑπεράνω, ὑποκάτω, ἐφεξῆς, καθεξῆς, παντὸς, & similia: quippe in quibus præpositio fere nihil ad simplicis aduerbij significationem addit. 11, Contra omittitur interdum præpositio: vt, ὧν ἔπαθον ὀργὴν ἔχει, pro ὑπὲρ ὧν, *ira æstuat ob ea quæ passus est*. Sic πόσου διδάσκει: *quanti docet?* pro ἀντὶ πόσου, *pro quanta mercede*. cum enim Homerus sine præpositione dicat, χάλκεα χρυσείων ἠλλάξατο, Isocrates expressa præpositione ait, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, *corpus mortale immortali gloria permutare*: seu, *vitam mortalem cum immortali gloria commutare*. Rursum Heliodorus sine præposit. ἐνεφορεῖτο τῶν κρεῶν: at Matth. 15 cum præposit. ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων itidemque Aristot. Probl. 65, 25, μικρὰ προσενεγκάμενοι ἐξ ἄρτου, *sumpto modico panis*. Sic in alijs quoque multis subaudiri εἰς, κατὰ, περὶ, aut aliam præpositionem sensui conuenientem, tum ex supradictis clarum est, tum in sequentibus etiam latius exponetur.

Præpositio sæpe cum casu suo composita, transit in aduerbium: Ram. 323, 4 2, Hæc compositio ita interdum fit, vt vel accentus, vel aliud vocis accidens mutetur: vt ἐπίπαν pro ἐπὶ πᾶν, *in vniuersum*. sic ἐπίταδε & ἐπέκεινα, pro ἐπὶ τάδε *cis*, ἐπ' ἐκεῖνα *vltra* Sic etiam ἐκποδών, pro ἐκ ποδῶν. Multo adhuc maior mutatio est in ἐμποδών & ἐξεπίτηδες, pro ἐν ποσὶ & ἐξ ἐπιτηδεύματος. quæ vt sine insigni mutatione diuidi non possunt, ita nec ἐπιπολῆς. vnde quidam composite dixerunt ἐξ ἐπιπολῆς, & κατ' ἐπιπολῆς: quæ tamen à Luciano & Phrynicho repudiantur. 3, Aduerbia etiam quædam in hac compositione accentum suum amittunt: vt πρόπαλαι, πρόχθες: ἔμπροσθεν, ἔπειτα: ἔμπαλιν, ἀνάπαλιν. Quædam tamen accentum suum retinent, vt tum ea quæ præcedentis paragraphi numero 10 sunt exposita, tum hæc, ἐκπάλαι, ἐκτότε, & consimilia. Sic ὑπέρευ quidem, accentu amisso: at ὑπεράγαν & ὑπερλίαν, accento retento. Rursum accentum amittunt etiam numeralia cum σὺν composita: vt σύνδυο *bini*, σύντρεις, *terni*; de quibus supra. Accedit in hac compositione nonnunquam

etiam

etiam articulus pleonasticῶs : vt τὸ παράπαν, omnino : τὸ πρὸ τοῦ, antea.

In compositione cum verbis, præpositio casum sæpe retinet, præsertim cum significatio eius obtinet. Sic multa vi præposit. ἀπὸ, ἐξ, πρὸ, κατ', ἀντὶ, ὑπὲρ, genitiuum: vi præpositionis ἐν & σὺν, datiuum: vi præpos. εἰς, πρὸς, παρὰ, περὶ & ἀμφὶ, accusatiuum adsciscunt. Genitiui & datiui exempla quædam supra enumerata sunt in verborum syntaxi, cap. 7. Accusatiui exempla sufficiant hæc: Epigr. εἰσελάαν ἀΐδην, in orcum inuehi: Act. ap. 20, παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, præternauigare Ephesum. Musæus, νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα, sponso circumfusa. Sic μεταπεμψάμενοί με, mittentes post me, id est arcessentes me, & similia. 2, Horum quædam modo accusatiuum, modo datiuum asciscunt: vt εἰσῆλθέ με ἔρως, Chrysost. & εἰσέρχεται αὐτῷ φόβος, Plato: vt Liuius quoque, *incesserat eum cupido*; &, *incessit patrib. cura*. Sic Æschines προσιέναι τὸ δικαστήριον: at Demosth. προσιέναι τοῖς δικασταῖς. quemadmodum alia etiam multa composita cum præpos. πρὸς, παρὰ, περὶ, ἐπὶ, ἀντὶ, quædam etiam cum μετὰ & ὑπὸ, datiuum regunt vi verbi. 3, Immò vt ἐπὶ tres casus regit, ita etiam verbum ἐπιβαίνειν in vna eademque incendendi significatione. Cum genitiuo enim Plutarch. Themist. ἐπιβαίνει τῆς αὐτῆς τριήρους: cum datiuo Thucyd. ταῖς ἀλλήλων ναυσὶν ἐπιβαίνειν ἐπειρῶντο: cum accus. Apollon. Argon. 2, Κολχίδα γῆν ἐπιβαίης. 4, In quibusdam etiam præpositio magis nomini quam verbo competere videtur: vt apud Hesiod. οὐρανῷ ἐμβασίλευε, *regnabat in cælo*. Plut. ἐνδιατρίβειν τῇ περὶ τάδε ἀναγραφῇ, *in his perscribendis morari*. Xenoph. οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα, *non grauate circum hæc vagamur seu oberramus*. vt & Virg. *hanc vrbem afferimur*, pro ferimur ad hanc vrbem. 5, Contra poetæ præpositionem sæpe à verbo suo dirimunt interiectis alijs dictionibus. Hom. Il. γ, ἐπὶ λᾶαν ἵησι, pro λᾶαν ἐφίησι, lapidem immittit. Idem, κατὰ κνίσσῃ ἐκάλυψαν, pro κνίσσῃ τε κατεκάλυψαν, *aruinaque contexerunt*. Hesiod. μή σ' ἀπὸ χρήματ' ἕληται, pro μὴ ἀφέληταί σε τὰ χρήματα, *ne tibi adimat pecunias*. cuius generis tmeses apud Herodot. quoque leguntur; interdum etiam apud Platonem:

em: vt in eo loco qui à Dionys. Halic. 128, 8, dithyrambici tumoris notatur, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου, pro ξυλλάβεσθέ μοι τοῦ μύθου, *sermonem mecum capessite*; seu, *in fabula me adiuuate*. 6, Geminatam præpositionem habentia, nonnumquam verbi, nonnumquam præpositionis regimen sequuntur. Homer. προσπερικυλινδόμενος πατρὸς, *ad patris genua se prouoluens*. Idem Odyss. θ, ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσι, *at non inest eius verbis gratia*; seu, *non comitatur eius verba vlla gratia*. 7, Præpositio cum præpositione raro componitur. In eo genere παρὲξ, cum in significatione præpollet παρὰ, accusatiuum regit: Il. ι, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν, *multam algam secus mare fuderant*. Odyss. ο, μή με πάρεξ ἄγε νῆα, *ne me præter nauem ducito*. Cum vero præpollet ἐξ, regit genitiuum: Il. κ, παρὲξ ὁδοῦ ἐν κονίῃσι κλινθήτην, *extra viam*. Absolute quoque ponitur. Hesiod. Clyp. Herc. ἀλλὰ πάρεξ ἐκ δίφρον, pro *extra viam emoue currum*. vbi scholiastes annotat, oxytonon παρὲξ, cum accusatiuo construi, & significare *prope*: at barytonon πάρεξ, construi cum genitiuo, & significare *extra*: atque illud poeticum esse; hoc vero etiam in communi sermone receptum. Etymologus vero πάρεξ barytonως tum demum dici scribit, cum vsurpatur pro χωρὶς, vt πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους: in priorib. vero significationibus, pro παρὰ & ἐξ, efferri oxytonως παρέξ. Apud Latinos quoq; rara est ea compositio. Ouid. Metamorph. 2, *Argolica quod in-ante Phoronide fecit*. Propert. 2, *Hic dominam exemplo ponat in-ante meam*. 8, Præterea vt verba præpositionis regimen sequuntur interdum, ita etiam aduerbia è præpositionibus orta: vt ἔξω οἰκίας, κάτω χθονός: qua de re supra quoque in aduerbiorum syntaxi, cap. 17. 9, Absolute ponuntur paucæ præpositiones: inter cæteras μετὰ *post*, πρὸς *ad hæc*, ὑπὲρ *supra* seu *vltra*; & composita πάρεξ, de qua modo dictum est. Sic apud Salust. *supplicia in postfuturos composuit*, εἰς τοὺς μεταγενησομένους, id est εἰς τοὺς μετέπειτα γενησομένους.

Præterea præpositionib. aliquando aliquid vel accedit vel decedit, vel mutatio accidit aliqua; idq; tam extra compositionem quàm in compositione. 1, Accedit

dit apud poetas, metri caussa: vt, ἐν αἰθέρι ναίοισι: ὑπεὶρ ἅλα: ὑπείροχον ἐμφαίνοιο: ibi enim vt ι in ἐν & ὑπὲρ produceretur, adscitum ei est ι: 53,28. Rursum in fine adscito ι, vsurpatur ἐνὶ, παραὶ, καταὶ, pro ἐν, παρὰ, κατὰ: vt supra docui. Quin & ὑπαὶ pro ὑπὸ: vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, *ad imũ Idæ pedem.* 3, Decedit, vel per apostrophum, 9, 25; vt κατ' ἀναλογίαν: vel per compositionem, 79, 4; vt ὑπάρχω. Sic πὰρ pro παρὰ in metro vsurpari, supra docui. quemadmodum etiam αἰ pro ἀνά: vt Hesiod. αἰ φυτὰ βαίνη, *per plantas scandat*, seu *plantas ascendat.* Homer. ἂν δ' ἐι συβώτης ἵστατο, *surgebat autem subulcus.* 4. In hac abiectione si posterior dictio ab aspiratione incipiat, finalis in præpositione tenuis mutatur in aspiratam; 9, 27: 79, 14. 5, Impura σὺν, sequente consona, finale ν interdum amittit; interdum cum sequenti conformat: R. 95, 19. qua de re supra quoque, 321, 3. ἐν quoq;, & poetica ἀν, mutationes illas patiuntur, 321, 15: 323, 28. quinetiam κατὰ multo plures, 326, 2. ἀπὸ & ὑπὸ patiuntur vnam tantummodo. non enim nisi ante β omicron abijciunt, & π in β vertunt: vt ἀββάλλε abijce, ὑββάλλει *subijcit.* Sic Dorica ποτὶ, tantum ante vocales & ante τ, finale ι perdit, 328, 31. ἐν tamen & σὺν interdum immutatæ manent: vt ἐνράπτειν, pro ἐρράπτειν, *insuere*: & apud Hesych. ἐνριγοσκάπτειν, ἐνριγοῦν, *inrigere*: apud Suid. σύνγονος, *cognatus, frater.* sic apud Latinos quoq; *inritus, inlustris, conlusio*, & similia. 6, πρὸ, sequēte ε vel ο, crasin pati, supra in ea præpositione docui: docuit idem etiā cum Clenardo Antesignanus 80. 6: 227, 15. Idem etiam in ἀπὸ nonnumquam fieri docui. Sed fit interdum etiam in ὑπὸ: vt declarat ὑπουργὸς contractū ex ὑποεργός. Eodem modo ὑπωρεα quoque contractum dici potest ex ὑπόορεα, *montib. subiecta.* Doricam crasin habere videntur πρώρα, ἀπώλεια ὑπώρεια, ὑπωρόφιος, & similia: quippe in quib. duo οο non communi more in ου contracta sint, sed Dorico more in ω. Verum breues in compositione migrare interdum in longas, etiam sine crasi, satis docet συνώνυμος, συνωμότος: ἐξώνυξ, πολυώνυξ: item ναυηγός, στρατηγὸς, συνήγορος, ὑπήνεμος: ad hæc εὐήρης, ἀμφήρης, διήρης, τετρήρης, ἐξήρης, & πρoσήλυτος, συνήλυδες, δυσωρόφιος, & similia, in quibus ο, α, & ε, sine vlla crasi per

compoſitionem verſa ſunt in longas ω & η. ſimplicia enim ſunt ὄνομα *nomen*, ὀμόσαι *iurare*, ὄνυξ *vnguis*: ἄγνυσθαι *frangi*, ἀγορεύειν *loqui*, ἄνεμος *ventus*: ἐρέσσειν *remigare*, ἐλεύθειν *venire*, ἐρέφειν *tegere*.

Abſolutam etiam ſtructuram huc pertinere, ex antedictis clarum eſt. Primum ergo genitiuus abſolutus vſurpatur in notatione cauſæ à qua, ex qua, per quam & propter quam aliquid fieri ſignificatur; ſubauditis præpoſ. ἀπὸ, ἐκ, διὰ, ἕνεκα: R.gr.385,30. 2, Datiuo abſoluto exprimuntur efficientium aliquot genera; Per quas, & Propter quas: tum Comitantes & Adiuuantes; Inſtrumenta etiā & Modus actionis; R.386,29. In his ſubauditur præpoſitio ἐπὶ, σὺν, ἐν, aut alia conſimilis. ἐν ſane præter morem interdum hic exprimitur: vt apud Eurip. ἐν βέλει πληγείς, *ictus iaculo*. 3, MATERIA plerumque genitiuo exprimitur, ſubaudita ἐκ; nonnumquam tamen etiam datiuo: R.388,2.

Menſura effertur accuſatiuo; genitiuo etiam, ſed ellipticῶς; item datiuo: R.388,21.

Tempus etiam, vt menſura, accuſatiuo enuntiatur, cum quantitas continuata (id eſt QVAMDIV) ſignificatur: at QVANDO, ponitur in datiuo, interdum etiam in genitiuo: R.389,4. Cum accuſatiuo ſubaudiri poteſt, ἐπὶ, κατὰ, ἀνὰ, vel ſimilis præpoſitio: cum datiuo, ἐν: cum genitiuo autē, modo ἐν ὥρᾳ, modo ἐκ, διὰ, ἐντός. 2, Interdum tamen commutatis caſibus datiuo exprimitur QVAMDIV, accuſatiuo autem QVANDO: R.389,30. 3, Nominatiuo abſoluto cum tempus exprimitur, ſubaudiendum verbum ſubſtantiuum aut ſimile: vt pro *Quotidie* Horatius dixit *quotquot eunt dies*. R.390,9. 4. De participijs abſolutis ſupra dictum cap.13.

Vrbium (vt & cæterorum locorum) nominib. ſuæ tribuuntur præpoſitiones, ἐν, εἰς, ἐκ, διά. Poetice tamen hic quoq; datiui & accuſatiui ſine præpoſitionib. vſurpantur. Alias adhibentur etiam aduerbia localia: R. 392,5.

Abſolutæ quoque rectionis ſpecies eſt, cum verba vi præpoſitionis cum qua ſunt compoſita, regunt genitiuum, datiuum, vel accuſatiuum, vt etiam apud Latinos,

tinos, qua de re paulo ante, & R gram. 392, 30. 2, In hoc genere quæ variatio sit, & supra breuiter notatum est, & plenius R. 394. 3, De hypallage in verbis absoluendi, accusandi, & damnandi, dictum itidem in R. gr. 394, 395.

Coniunctionis syntaxis.

CAP. XIX.

Coniunctionum syntaxis, est eadem ferme quæ apud Latinos. 2, Copulatiuæ, disiunctiuæ, ac discretiuæ, similes plerumque voces requirunt; sed sortiuntur interdum dissimiles. Plutarch. οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα, ὡς δόξα ποιεῖ καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετά τινος δυνάμεως πόνον ἡδύν, κάματόν τ' εὐκάματον. ibi enim, vt similes essent dictiones, dicendum fuisset ἡ δόξα καὶ ἡ τιμή, *gloria & honor*. Sic modos interdum diuersos sortiuntur. Aristot. Rhet. Alex. 174, 9, ἐὰν δὲ μὴ δυνατὸν ᾖ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ νομίζεις δεῖξαι τὸν ἐναντίον. vt apud Ouid. quoque Metamorph. 4, *Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur Lampades; & rutilis collucent ignib. ædes; Falsaque sæuarum simulacra vlulare ferarum.* nam ibi etiam veteres codices (teste Georg. Fabricio) indicatiue habent *collucent*; cum in cæteris commatibus modus sit infinitiuus. 3, Similiter etiam aduerbia relatiua diuersos quandoque casus sortiuntur. Aristot. Eth. Eud. 187, 5, οἱ δὲ, οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντας καὶ προσποιουμένους. ibi enim regula dandi casu postulat, ὡς ἐξαπατῶσι καὶ προσποιουμένοις: *alij ne ijs quidem qui in rebus aduersis nobiscum permanent, credendum existimant, quippe qui simulent & decipiant.* Paulo melius excusari potest hic eiusdem locus Metaphys. 134, 26, διαφέρειν δὲ ἢ ῥυσμῷ, ὅ ἐστι σχῆμα· ἢ τροπῇ, ὅ ἐστι θέσις· ἢ διαθιγῇ, ὅ ἐστι τάξις. ibi enim sequentis nominis casus cum relatiuo cōformatus est; cum alioqui cum antecedenti conformari debuisset, sic, τουτέστι σχήματι.

Copulatiua καὶ, à viginti ad centum, præponit numeralium nominum minus; post centum, postponit minus: R 325, 2. Sic Her. 92, μυρίῃ τε καὶ τεσσερήκοντα καὶ διηκοσίαις:

σίας: & mox, ἐν μυρίοισί τε ἵπποι καὶ χιλίοισί, καὶ πεντακοσίοισί τε καὶ τεσσαράκοντα. Mixte Pausanias 332,8, ἐς εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίους πεντήκοντα, pro, *ad quadringenta & septuaginta stadia.* 2, Interdum hic pro copulatiua ponitur præpositio πρὸς, ἐπὶ, vel μετά. Diog. L. πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Plutarch. πεντακόσιοι ἐπὶ χιλίοις καὶ μυρίοις. Pausan. ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας; quod Latinius dixeris, *olympiade post ducentesimam vndecima.* 3, Copulatiua interdum præter morem inseritur, vt Pausan. 95,16, μία δὲ καὶ δέκα νῆες: & 179,17, δύο γεγονὼς ἔτη καὶ δέκα. composite namque sine copula dici solet ἕνδεκα & δώδεκα, vt etiam apud Latinos. 4, Eadem interdum contra morem omittitur: vt Demosth. μίαν ἑξήκοντα: & rursum, χιλίας πεντακοσίας πεντήκοντα μίαν: quorum prius Latinis plane inusitatum est, posterius vsurpatum etiam à Plinio. 5, Similis coniunctionis ellipsis est in istis: Pausan 252,41, οὐ πλεῖον τῆς πόλεως σταδίους ἀπέχοντα ἑπτά: Dionys. Halic. in Dinarcho, ἀργυρώματα οὐκ ἐλάττω εἴκοσι μνῶν ἄξια. ibi enim subaudienda est aduersatiua ἢ *quam*: vel transposito commatum ordine, καί: quemadmodum scilicet idem Pauſ. 79,21, τεσσαράκοντα καὶ οὐ πλείω στάδια. Sic Cæsar quoque, *amplius octingentæ à litore discesserant.* & Liuius, *plus quinquaginta hominum milia ceciderunt.* ac rursum, *minus duo milia hominum effugerunt.* itémque Plautus, *minus quindecim dies sunt quod minæ XL accepisti.* nam ibi quoque subaudiendum *quàm.* 6, Rursum pro copulatiua καὶ extra numerationem quoque vsurpatur præpositio μετὰ cum genitiuo: vt, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων, *paruos cum magnis*; pro, paruos simul & magnos: sicut etiam Virg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt*, pro, Quirinus & frater Remus iura dabunt; itidemque Silius, Horatius, Terentius. Itidem etiam Appollon. Arg. 1, ἰχθύες ἀΐσσοντες ὕπερθ' ἁλὸς ἄμμιγα παύροις ἄπλετοι, *grandes cum paruis*, seu *grandes inter paruos.* De καὶ post ὁμοίως dicetur in sequ. paragr.

Ad ordinem porrò quod attinet, Gaza tradit coniunctiones alias antecedere, alias in medio collocari, alias consequi: ac rursum antecedere & consequi vel oratio-

orationem, vel dictionem, vel vtrumque. Periodum ordiri possunt καὶ, ἢ, cum composita ἤτοι: εἰ, cum suis compositis, εἴπερ, εἴθε, ἐπειδὴ: itemque cognatæ illius αἴ, ἐὰν, ἢν: ad hæc ἀλλὰ, & in carmine αὐτὰρ: ἄρα, μῶν: ὅτι, διότι: ἵνα, ὅπως: τοιγὰρ, τοιγάρτοι. Post principia secundo tertiove loco sequuntur τὶ, γὲ, μὴν, μὲν, δὲ, γὰρ, οὖν, τοίνυν: itidemq; potentialis ἂν: & apud poetas κὲν, ῥὰ, ceteræque expletiuæ 350,33. Modo præponuntur, modo postponitur δὴ, ἄρα, τοιγαροῦν. atque hæ quidem absolute, ac magis antecedentium quàm consequentium respectu.

In quibusdam vero consociatio quædam est, mutuusque connexus; vnde ἐπακολουθητικοὶ & ἀναφορικοὶ σύνδεσμοι appellantur: quibus scilicet duo pluraue periodi membra mutuo quodam cõsecutionis nexu copulantur. 2, Harum quædam geminantur: vt Xen. καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ, *& alibi, & in textura*: seu, vt Cic. vertit, *tum in cæteris, tum in textili*. Sic τε apud poetas: nonnumquam tamen etiam in prosa: Pausan. 148,32. τοῖς Ἀκτορέοις παισὶ γένος τε ἦν ἐπιχώριον, βασιλείας τε μετῆν σφίσι. Frequentissimè autem in compositione: vt εἴτε-εἴτε: εἴτοιγε-εἴτοιγε: αἴτε-αἴτε: ἐάντε-ἐάντε, *siue*: R.326,7. Sic οὔτε-οὔτε: μήτε-μήτε, *neque*, cum synonymis οὐδὲ-οὐδὲ: μηδὲ-μηδὲ, alijsque consimilibus. Sic etiam disiunctiua ἢ-ἢ, *aut*. 3, Quædam variantur: vt πολλά τε καὶ μεγάλα, *cum multa, tum magna*. Sic Plato, εἴτε ἀρκεῖ, καὶ εἰ μὴ, *siue sufficit, siue non*. Sic etiam ἤτοι-ἢ, *aut*. 4, Sic concessiuæ μὲν, infertur aduersatiua δὲ Xenoph. δίκαιον μὲν, σοφὸν δὲ οὔ, *iustum quidem, at non sapientem*. In hac connexione interdum omittitur μὲν: interdum pro δὲ ponitur ἀλλὰ, αὐτὰρ, ὅμως, vel alia synonyma: R. 3.7,7. Nonnumquam etiam plures aduersatiuæ copulantur: vt Aristot. Analyt. post. 158,22, ἀλλ' ἄρξασθαί γε ὅμως ἀνάγκη, *at incipere tamen necesse est*. Sic De mundo, τῇ μὲν θείᾳ δυνάμει πρέπειν, οὐ μὴν τῇ γε οὐσίᾳ, *diuinæ potentiæ quidem conuenire, at non item substantia*. 5, Sic alijs etiam concessiuis aut positiuis conditionib. suæ inferuntur aduersatiuæ. Paulus 1. Cor. 9, εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι, *si forte alijs apostolus non sum, at vobis saltem sum apostolus*. Homer. Il. α, εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψει, Ἀλλά γε

καὶ μετόπισθεν ἔχει χόλον, *etsi enim eo die iram deuorauit ac represserit, seruat tamen eam in posterum.* Sic post καὶ infertur interdum δὲ, interdum ἀλλά. nonnumquam etiam vtrimque fit duplicatio: vt Aristot. Meteorol. 1, de stellis, καὶ εἰ μείζους καὶ ἐλάττους φαίνονται, ἀλλ' ὅμως ἀδιαίρετοί γε κατ' ἑαυτοὺς εἶναι δοκοῦσι, *etiamsi maiores aut minores videantur attamen indiuiduæ per se certe esse videntur.* Idem de cælo, lib. 1, καὶ εἰ μὴ ἄπειρόν μὲν τὸ σῶμα τὸ πᾶν, οὐ μὴν ἀλλὰ τοσοῦτόν γε ὡς εἶναι πλείους οὐρανούς, *ac licet non infinitum sit corpus vniuersum, attamen tantum saltem est vt plures sint cæli.* 6, Sic οὐ μόνον--ἀλλὰ καὶ, *non tantum--sed etiam.* cuius generis sunt etiam illa, οὐχ ὅπως- ἀλλὰ καὶ: & οὐχ ὅσον - ἀλλὰ καὶ: & οὐχ ὅπως - ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον: item hæc vtrimque negantia, οὐχ ὅπως- ἀλλ' οὐδέ: & οὐχ ὅτι- ἀλλ' οὐδέ. quorum exempla in Indice Dionys. Halicarn. à me notata sunt. Ea Latinè dupliciter enuntiari possunt: vt, *non dicam eruditus, sed ne primis quidem elementis initiatus:* &, *non modo non doctus, sed-* 7, Similis consecutio est inter εἰ & potentialem ἄν; & quidem ordine reciproco, sed ita vt εἰ ponatur initio, ἄν vero vel in medio, vel in fine. vt Plutarch. Apophth. ἔλαβον ἄν, εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, *accepissem, si Alexander essem.* Aristot. De anima, εἰ κινεῖ γε αὐτὴ ἑαυτήν, καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν, *si ipsa seipsam mouet, etiam ipsa moueatur.* Demosth. εἴ τις αἵρεσίν μοι δοίη, τὴν τῆς ὑμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, *si quis optionem mihi daret, nostræ ciuitatis fortunam eligerem; seu, electurus essem.* 8, καὶ quoque post ἴσος, ὅμοιος, ὁμοίως, & similes particulas, relatiuam quandam vim habet: quippe quæ ponatur pro aduerbio ὡς, sicut apud Latinos *Ac* & *Atque*. Eius generis exempla notaui apud Pausan. 493, 11. sed reperiuntur etiam apud Aristotel. Meteorol. 71, 26: De poetica 231, 3. itidemque in Organ. 148, 25, ταὐτὸ σημαίνει καὶ *idem significat ac-* 9, Tanta vero in hoc genere est varietas, vt etiam Aristoteles ad Theodecten, particularum collocationem & ἀνταπόδοσιν inter primum elegantis orationis munus recensuerit. quamobrem bonorum auctorum lectione melius quam nostris præceptionibus eius rei cognitio comparari poterit.

Modum

Modum autem verbi pleræque, in structura non obliqua, asciscunt indicatiuum. 2, Et connexiuis εἰ non modo indicatiuum capit, sed etiam optatiuum: vt paret è præcedentibus. Sic εἴγε, εἴπερ: & optatiua εἴθε, *osi, vtinam*. R. 376, 4, (καίπερ verò & καίτοι, iunguntur etiam participio) Similiter etiam potentialis ἂν in superioribus: & composita inde κἂν. Arist. Rhet- 59, 28, ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ κἂν ἕτερόν τις, κἂν ἑαυτὸν κατασκευάσει τοιοῦτον, *ex ijsdem enim & alium aliquis & seipsum talem asseruerit*. Sed reperitur ἂν etiam cum subiunctiuo cum infinitiuo, & cum participio apud Dion. H. & alios. Sic poetica κὸν, seu κέ. 3 ἂν vero, ἐὰν & contracta ἤν, si asciscunt subiunctiuum: R 326, 12. cōposita κἂν, *etsi*, recipit interdum etiam indicatiuum, teste Moschopulo, vt apud Arist. κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν, *etiam si mori me oporteat*. sic κἂν εἰ in loco Arist. paulo ante citato. Cæteræ quoq; cōpositæ, ὅταν & ἐπειδάν, plerumque subiunctiuum adsciscunt: nonnunquam tamen etiam indicatiuum Dionys. H. 700, 15, ὅταν προὔθυμήθην λέγειν *cum dicere instituerem*. 4, ἐπεὶ, ἐπειδὴ ἐπειδήπερ, (sicut ὅτι, διότι) plerumque indicatiuum asciscunt: apud Xen. vero præter indicatiuum & optatiuum, asciscunt etiam infinitiuum. Sic apud Plat, Sympos. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν, *postquam vero ad Agathonis ædes venissent, apertas invenisse fores*. vbi subaudiri potest συνέβαινε, vel simile quodpiam verbum finitum. 5, Finales ἵνα, ὅπως, plerumque subiunctiuum vel optatiuum; rarius indicatiuum. R. 328, 16 ὡς vero & ὥστε, plerumque infinitiuum: apud Herodotum tamen etiam subiunctiuū & optatiuum, sicut ὅπως. Sic Dionys. Hal. 714, 13, ὡς μηδὲν ὑπὸ τῶν ὄχλων βιασθείη *ne qua ipsi vis à turba inferretur*. & 143, 38, ὡς ἂν ἥκιστα ὑπίδοιτό τις, *vt eo minus suspicionis alicui oboriretur*. & 62, 22, ὡς μὴ τίκῃ, *ne pariat*: itidemque 144, 45, ὥστε μηκέτι πολεμήσωμεν, *ne amplius bellum geramus*, & rursum 698, 13, εἰς τοῦθ' ἥκουσιν εὐηθείας, ὥσθ' ἵνα τούτους διαβάλλωσι πρὸς ὑμᾶς, ὅλην ὑπομένουσιν ἀνατρέψαι τὴν πατρίδα, *eo deueniunt stoliditatis, vt, modo hosce apud vos traducant, totam rempublicam euertere sustineant*. In aduerbiali autem significatiōne plerunque indicatiuum regit

καὶ μετόπισθεν ἔχει χόλον, *etsi enim eo die iram deuorauit ac represserit, seruat tamen eam in posterum.* Sic post καὶ infertur interdum δὲ, interdum ἀλλά. nonnumquam etiam vtrimque fit duplicatio: vt Aristot. Meteorol. α, de stellis. [illegible]

Modum autem verbi pleræque, in ſtructura non obliqua, aſciſcunt indicatiuum. 2,Et connexiuis εἰ non modo indicatiuum capit, ſed etiam optatiuum: vt paret è præcedentibus. Sic [illegible]: & optatiua [illegible]

